

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Modesta Inqvisitio In Novam Dogmatis De SS. Trinitate  
Explicationem Qvam Vir Cl. Pavlvs Maty Nvper Proposvit**

**Mosheim, Johann Lorenz von**

**Helmstadii, [MDCCXXXV?]**

**VD18 12377929**

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16545**

MODESTA INQVISITIO  
IN  
NOVAM DOGMATIS  
DE SS. TRINITATE  
EXPLICATIONEM

QVAM  
VIR CL. PAVLVS MATY  
NVPER PROPOSVIT.

---

QVAM  
PRAESIDE  
IO. LAVRENTIO MOSHEMIO  
SERENISSIMI DVCIS BRVNSVIC. ET LVNAEBVRG.  
A CONSILII CONSIST. ET ECCLES.  
THEOL. D. EIVSDEMQUE PROFESSORE ORDIN.  
ABBATE COENOBIORVM VALLIS S. MARIAE ET LAPIDIS  
S. MICHAELIS  
SCHOLARVM PER TERRAS GVELPHICAS EPHORO  
GENERALI  
*PATRONO AC PRAECEPTORE SVO OMNI PIETATIS  
CVLTV PROSEQVENDO*


---

A. R. S. MDCCXXXV. D. VI. MENSIS APRILIS  
*IN IVLEO MAIORI*  
ERVDITORVM PVBLICO EXAMINI SVBIICIET  
RESPONSVRVS AVCTOR  
FRIDERICVS WILHELMVS HANNIBAL  
HANNOVERANVS SACR. LITER. CVLT.

---

*HELMSTADII, TYPIS IOANNIS DRIMBORNII.*





AVGVSTISSIMO ATQVE POTENTISSIMO.  
PRINCIPI ET DOMINO.  
**GEORGIO SECVNDO.**  
MAGNAE BRITANNIAE FRANCIAE ET HIBERNIAE  
REGI.  
FIDEI DEFENSORI.  
BRVNSVICENSIVM AC LVNAEBVRGENSIVM  
DVCI.  
SACRI ROMANI IMPERII ARCHITHESAVRARIO  
ET ELECTORI.  
CETERA.

A SANCTIORIBVS CONSILIIS REQVE  
PVBLICA IN TERRIS ELECTORALIBVS  
ADMINISTRANDA.

**ILLVSTRISSIMIS**  
ATQVE  
**EXCELLENTISSIMIS**  
**VIRIS.**

**PATRIBVS PATRIAE**  
**CONSCRIPTIS.**  
MVSARVM PATRONIS LONGE INDVL-  
GENTISSIMIS.

**DOMINIS SVIS GRATIOSISSIMIS.**  
TENVEM HVNC INGENII SVI FOETVM DEMISSA MENTE  
CONSECRAT  
**FRID. WILH. HANNIBAL.**



VIRI ILLVSTRISSIMI ATQVE  
EXCELLENTISSIMI  
DOMINI GRATIOSISSIMI

**C**onsilium, quod cepi, rude hoc opu-  
sculum ad VOS instituendi, si  
temeritatis nota multis haud ca-  
rere videbitur, VOBIS tamen haud  
displi-



displicebit, quia pietatis non minus, quam  
animi aeternum VOBIS devincti in-  
stinctu nititur. Flagitabant a me du-  
dum VESTRA meas literas iuvandi  
studia publicum aliquod gratae mentis  
testimonium: at tardum me ambiguum-  
que virium mearum, quarum infirmita-  
tem sensi, effecit consideratio. Di-  
gnum enim quod VESTRIS nomini-  
bus inscriberetur, nihil esse noveram,  
nisi perfectum atque cum cura elabora-  
tum: talem vero operam, arrogans sim,  
si a me expectari posse crederem. Qua-  
re satius silere duxi, quam parum lima-  
tas & stylo tenui exaratas VOBIS  
paginas dicando, in reverentiam pecca-  
re, quam VOBIS debeo. Sed exci-  
tavit tandem vacillantem animum au-  
ctus indies mentem VOBIS obstrictis-  
simam profitendi ardor, & VESTRA,  
VIRI ILLVSTRISSIMI, quae  
dudum in admirationem omnes rapuit,  
X 3 erga



*erga mansuetiores Musas benevolentia  
atque humanitas.*

*Narrent alii vigilem VESTRAM  
in moderandis patriae rebus pruden-  
tiam: providam laudent curam saluti  
civium consulendi: iustitiam, benignita-  
tem, doctrinarum copiam, afflictis suc-  
currendi studium, ceterasque, quibus  
conspicui dudum estis, virtutes posterita-  
ti commendent. Mibi liceat amorem  
praedicare, quo scientias fovetis, iisque  
addictos. Hunc ecquid melius testabi-  
tur, quam indefessum illud studium,  
quod, **AVGVSTISSIMO REGE**  
auspice, in nova Musis sede paranda &  
egregie ornanda collocatis? Quanquam  
ne hoc quidem tam illustri testimonio opus  
est, quum tot huius VESTRAE bene-  
volentiae praecones sint, quot sua ipso-  
rum culpa indignos ea non effecit. Et  
verba me citius, quam VESTRI er-  
ga*

ga literas favoris exempla deficerent.  
Nolite igitur graviter ferre, VIRI IL-  
LVSTRISSIMI, me, licet nullius  
inter eruditos numeri, VESTRA ta-  
men humanitate fretum, rem etiam vi-  
ribus meis superiorem tentare, his-  
que studiorum meorum primitiis VE-  
STRVM expetere favorem conari.  
Accipite, quaeso, quā soletis, serena  
fronte has quoque plagulas; nec tamen  
ex illarum pretio animum, qui totus VO-  
BIS deditus est, metimini. Iuvenilis la-  
bor est, nec pro virium tenuitate argu-  
mento, quod tractat, respondet: hoc vero  
VOS dubitare nolo, pietate me nemini  
grataque mente secundum fore. Sum-  
mus humanarum rerum arbiter larga  
VOS honorum omnium copia beet, pro-  
spero semper successu VESTRA con-  
silia secundet, nec abesse unquam sinat,  
quae felices VOS ex omni parte redde-  
re, & sartam valetudinem VESTRAM  
te-



*tectamque in seros annos praestare pos-  
sunt. Haec precum & votorum meo-  
rum, dum vixero, non postrema pars  
erit, qui gloriae mihi ducam, si per VE-  
STRAM mihi benevolentiam licuerit  
esse*

VIRI ILLVSTRISSIMI ATQVE  
EXCELLENTISSIMI  
ILLVSTRISSIMORVM  
VESTRORVM NOMINVM

Dabam Helmstadii d. XXIX.  
Martii MDCCLXXXV.

Cultorem devotissimum  
F. W. HANNIBAL.





IN NOMINE SS. TRINITATIS.

PRAEFAMEN.

§. I.

**R**Em arduam omnino adgredimur & perdifficilem, qui coelestium veritatum basin, dogmata de SS. Trinitate, ab iniquis lascivientis rationis insidiis non ita pridem excitatis vindicare suscipimus. (\*) Sive enim argumenti, quod ingenii humani caput superat, gravitatem spectaveris, sive circumspectam, qua opus est in divinis rebus enarrandis, cautionem, sive denique adversariorum subtilitates rite debellandi difficultatem, multa undique sese offerunt, quae vix sine longo labore perfici posse videntur. Ea scilicet quum mysteriorum sit conditio, ut impervia rationi & ab ingeniiis hominum longe remota credenda nobis proponant, quid mirum est, vel illos ipsos interdum, qui aliorum erroribus

A

bus

(\*) Digna, quae hic testemur, sunt verba Viri Summe Rev. D. VAL. ERN. LÖSCHERI in praenotionibus Theol. p. 264. graviter inquit: *Mysteria fidei actu reflexo inter se componere, & contra rationis corruptae machinationes munire, opus omnino & labor non levis est.*

bus sese obiiciunt, coecutire & in devia praecipites ruerre? Vt sunt ingenia mortalium, qui veras mysteriorum rationes aliis explanare laborant, longius haud raro evidetiae studio commoti procedunt, quam fas est, adeo ut vel ab illis, quae longe infra res divinas posita sunt, imagines & comparationes petere haud vereantur. Vnde saepenumero fit, ut in ipsam pariter veritatem atque argumenti, quod tractant, naturam iniurii merito fuisse dicantur. Testes, quod dolendum, ex ipsis habemus antiquioris ecclesiae antistitibus, quos, quia de SS. Triade incautius, quam quidem decebat, differunt, moxque a sole, mox ab anima nostra, mox a ternario hominum diversorum numero, mox aliunde illustrationes sumunt, non una ratione inter eruditos reprehendi, satis constat. Quanta vero, bone Deus! ab his ad posteros errorum seges profecta est? Homines veritatis negligentiores strenuos sibi invenisse in illis patronos, visi sunt &, quidquid obniterentur prudentiores, illorum auctoritate freti, manibus pedibusque sua tueri commenta laborarunt. Noli credere, nostram aetatem eiusmodi vitiis carere, utpote maiori cognitionis lumine ornatam. Quae mysteria sunt, mysteriorum naturam exuere, & quae rationis modum excedunt, ita distincte comprehendi & exponi nequeunt, quin incautioribus aberrandi locus aperiatur.

§. II.

Accedit alia de vocabulis, quibus ut in explicandis mysteriis utamur, necesse est, difficultas. Dudum est, ex quo saniores suaserunt (\*) Theologi, nonnisi S. Scripturae vestigiis

(\*) Audiamus inter alios THEODORVM THYMMIVM in *synopsi articulorum fidei* p. 119. ita differentem: *Hoc Theologiae studioso consilium damus, ut, quantum fieri potest, a terminis Philosophicis abstineat,*

giis insistendum, nec alia, quam quae in sacro hoc volumine reperiuntur vocabula, ad mysteriorum naturam explicandam adhibenda esse. Verum hoc consilium, quantumvis egregium sit ac divina sacrarum paginarum auctoritate dignum, dubito tamen, an illis satisfaciat, qui hostium veritatis machinationes adoriuntur. Finge enim vocabula S. Scripturae consueta pro diversa sententiarum, quas animo homines informarunt, ratione, modo in hunc, modo in alium detorqueri sensum, quis est, qui hasce aberrationes profligaturus, ab alienis sibi temperare poterit vocabulis? Certe si iustam verborum vim rite velis eruerre atque tueri, opus omnino est, ut falsas atque perversas eorundem notiones removeas, veras contra, quantum fieri potest, perspicue explanes, quae breviter dicta fuerunt, verbis eiusdem potestatis uberius declares, nec ullum dubiae atque ambiguae explicationi locum relinquant. Vbinam vero gentium sat digna reperies tam gravi negotio nomina? Quae inter homines usus introduxit vocabula, ea magnam partem ab illis, quae in sensus incurrun, sumta sunt, aut si vel maxime abstracta sint, nonnisi finitas tamen res designant, multis coelestia post se intervallis relinquentes. Sume, quaeso, quaecunque libuerit

A 2

voca-

*stineat, & rem suam e S. Scriptura perspicue proponat. Rationes eorum, qui hoc consilium probant, complexus est PHIL. A LIMBORCH Theol. Christ. L. II. c. 17. §. 28. p. 101. dicens: Nos scripturae simplicitatem sequuti, & a vocibus ac phrasibus illis consueto abstinuimus, quia non tantum ab hominibus sunt inventae, & quidem in fervore contentionum, & primis patribus fuere ignotae, sed & ambiguae sunt, & vulgari significatione aut Philosophica prorsus notione non sunt accipiendae, cum Deo rebusque divinis accommodantur. Ideoque tutius credimus, talibus terminis aut nunquam aut saltem quam parcissime uti. Quibus adiungendus est Vir immortalis memoriae GODOFREDVS GVILIELMVS LEIBNITIVS in Otio Hannov. p. 12. ubi inquit: En matiere de mystere le meilleur seroit de s'en tenir aux termes revelez, autant qu'il se peut. Conf. quoque p. 28.*



vocabula ; simulatque ad divinas veritates illa transtuleris, iniqui tamen homines habebunt, unde errorem queant eruere. Solent enim, quibus assueti sunt, verborum notiones semper hominibus obversari, adeo, ut si divinis illa de rebus praedicentur, eo ipso sensu accipienda censeant, quo in humanis negotiis usurpari consueverunt. Nolim haec ita intelligi, acsi vocabula nulla, praeter ea, quae Scriptura Sacra consecravit, adhibenda esse putem. Diximus iam, secus nobis videri : Ideo vero haec tantum monemus, ut appareat, multum difficultatis mysteriorum explicationi & defensionis adiunctum esse, & circumspeditione propterea in deligendis nominibus opus esse. Laborare in eo decet coelestium dogmatum interpretem, ut, reiectis flexiloquis & ambiguis verbis, ea praesertim vocabula seligat, quae non adeo facilem errandi ansam praebent. Haud enim abs re PETRO assentimur (\*) BAYLIO, non perinde esse monenti, quibus quis vocibus utatur, si *haeretici* nomen effugere velit. Neque vero solus verborum sufficit selectus ; iustis illa quoque finibus circumscribenda, nec quae imperfectiones iisdem adhaerent, ad res divinas trahendae sunt. Est omnino aliquid in verborum ideis, quocum coelestis veritas comparari queat : sed insunt etiam, quae nisi probe seiuncta fuerint, nimis abiectum de divinis doctrinis sensum creare valent. Haec igitur si studiose secernantur, cautum simul lectoribus est, ne ultra quam par est vocum ideas dilatent atque ex humanis rebus, divina metiri sustineant.

---

(\*) *Diction. Hist. Crit. T. I. voce Charron not. 1. ubi ita loquitur : En plusieurs rencontres on ne paroît herétique, que par les manières de s'exprimer. Otez certains mots, qui semblent être trop crus, employez en d'autres, qui signifient la même chose, mais qui sont moins brusques, vous passerez de la réputation d'herétique à celle d'un vrai fidele.*

ant. (\*) Sed quis citra laborem haec fieri existima-  
verit?

§. III.

Neque tamen his omnis hominis labor absolvitur, qui mysteria rite explicare & adversariorum adversus sententias munire nititur. Aliam in ipsis argumentis eorumque robore difficultatem invenias. Duo nimirum sunt, quibus veritas fulciri potest, argumentorum genera, alia ad probandam quidem thesin facientia, ad retundenda vero adversariorum commenta parum apta; alia nonnisi ad convellenda contrariae opinionis fundamenta accommodata, ut adeo adposite cum Clarissimo BVLFFINGERO inter argumenta *thetica* & *polemica* distinxeris. (\*\*) Quae qui inter se confundit: nec caute discernit, is facit pessime. Quae ad stabiliendas sanctiores doctrinas vulgo adhiberi consueverunt argumenta, arctissimo cum reliquis dogmatibus vinculo cohaerent, quibus vel concussis, vel saltem in dubium vocatis, fieri non potest, quin & illa suo robore careant. Mirum proinde non est, contemni saepenumero ab adversariis, quae firmissima nobis videntur; Tacite enim id adsumunt, quod illi negant, ex quo fit, ut nos principium, quod aiunt, petere illis videamur. Cuius quidem rei, an nonnullae etiam nostratium lites exemplum praebeant, iam non disquiro; id saltem contendere animus est, non sine summo veritatis fieri illud detrimento. Nempe qui a trito

(\*) Conferri de usu terminorum debitisque eorum finibus praeter alios meretur *Summe Ven. Dni Praesidis Diff. I. de Theologo non contentioso*, §. XIII. p. 47. sqq. quae extat in *Syntagmate Diff. ad sanctiores disciplinas pertinentium*. Nec non B. BYDDEVS in *Syntagm. Diff. Theol.* p. 692.

(\*\*) In *Diff. de natura & legibus studii in Theologia Thetici* §. 38. sqq. p. 13. quae habita fuit Tubingae 1731.



veritatis calle deflectunt, gloriandi inde occasionem petunt, & quo minus contrariis rationibus moventur, eo imbecillioribus nostram doctrinam fundamentis niti, suam vero omni impetu maiorem esse existimant. Quae quidem ratione corroborantur magis errores, quam deprimuntur. Satius ergo putaverim, sepositis aliquantisper argumentis consuetis, id agere, ut ante omnia de principiis inter nos & adversarios conveniat, iisque stabilitis tum demum, quae adversas opiniones convellunt, hinc elicere, imo ex ipso eorundem nexu petere, quae argumentorum loco inservire possunt. Tutior omnino haec via est atque praestantior. Discunt enim hac ratione adversarii, vel in principiis sese errasse, vel legitimum cum illis nexum neglexisse, vel denique iustas ratiocinandi regulas transgressisse.

## §. IV.

Haec ego mecum omnia reputavi, priusquam ad novam, quae non ita pridem in scenam producta est, mysterii SS. Trinitatis explicationem debellandam me accingerem: at volui tamen periculum mearum virium facere. Non is ego sum, qui quam personam recepi, eam ex omni parte me ornare posse, nec usquam iusti divinarum veritatum vindicis officio defuturum putem. Scio, quam exiguae sint mei ingenii vires, nec a doctrinae copia, aut subsidiorum apparatu satis me instructum esse, arbitror. At pulcrum est in magnis audere. Operam dabo quam possum maximam, ut nec circumspecta dictis cautio absit, nec alia quam quae ad convictionem faciunt, argumenta adhibeantur. Quid effecerim, benevoli & aequi lectores iudicent, qui si quid forte prehenderit, quod vel a consuetis loquendi rationibus recedat, aut cum recepta ecclesiae nostrae doctrina pug-  
gnare

gnare videatur, cogitabunt, nec innovandi animum nobis fuisse, nec alium, quam qui inter nostrates obtinet, sensum, verbis nos subiicere voluisse. Tribus autem disputationem partibus complectar: quarum prima ea, quae ad auctorem novae huius sententiae, ipsius libros, litemque ipsi commotam pertinent, ex monumentis fide dignis recensebo. Hoc enim cum utile, tum iucundum fore putavimus. Altera ipsam dogmatis de SS. Trinitate explicationem novam fideliter proponam; tertia denique, in veritatem eius sententiae, quantum fieri potest, dilucide ac solide inquiram.

CAPVT PRIMVM.

QVO HISTORIA NOVAE EXPLICATIONIS  
MYSTERII SS. TRINITATIS A PAVLO MATY  
EXCOGITATAE TRADITVR.

§. I.

**C**onsopitae nondum lites erant, quas in Belgio contra IACOBVM SAVRINVM (\*) mendaciorum causa excitaverat, quum novae denuo, eoque maiores

(\*) Constat nimirum inter omnes, quantas sibi Vir clarissimus molestias creaverit, quum non omnia aequae *falsiloquia* pro illicitis habenda esse, tradere videretur. Disci haec eius sententia potest ex libro quem inscripsit: *Discours historiques, Critiques, Theologiques & Moraux, sur les evenemens les plus memorables sur le vieux & N. T. Vol. II. P. II. p. 322.* Cuius epitomen dederunt Diarii Hagienfis (*Journal litteraire*) auctores doctissimi T. XIV. p. 136. sqq. Quae adversus eum monita fuerunt, videri possunt in *Bibliotheca ratiocinante (Bibliothèque raisonnée)* T. III. P. II. Cui tamen ex altera parte responsum fuit in diario, cui titulus est: *Critique desintéressée des Journaux litteraires & des Ouvrages des Savans* T. I. Art. XI. & T. II. art. II. Caeterum connexas fuisse duas hasce controversias, cum ex libris apparet contra utrumque auctorem simul editis, quos infra recensebimus, tum ex sententia in eadem synodo Campensi contra utrumque lata.

iores orirentur disputationes, quo gravius argumentum illud erat, quod in disceptationem vocabatur. Lucem anno R.S. MDCCXXIX. mense Martio exiguae molis libellus adspiciebat, cuius auctor non omnes modo, quae haecenus de SS. Trinitate obtinuerant, opiniones explodebat, verum etiam receptissimam inter plerosque Christianos sententiam acriter aggrediebatur, in eiusque locum inauditam adhuc & novam huius mysterii explanationem sufficere studebat. Indice illum hoc insignire auctori placuerat: *Lettre d'un Theologien à un autre Theologien sur le mystere de la Trinité.* 1. Theff. V. 21. *Eprouvez toutes choses, retenez ce qui est bon.* (\*) Nomen auctor suum tacuit, quo impune libelli sui fata experiri, quaeque aliorum de illo sententia esset, sine invidia explorare posset. At patuit paullo post, esse eum PAVLVM MATY virum nec ingenio destitutum, nec iudicii exasciati laude, vel ipsis adversariis (\*\*\*) fatentibus, ca-

ren-

(\*) Locus non additus est, ubi exiit libellus, qui tribus in 8. plag. constat. At Hagae illum prodiisse, nunc constat.

(\*\*) Ipse Vir Clariss. ARMANDVS DE LA CHAPELLE, qui acerrimum deinceps libelli hostem sese stitit, vocare auctorem non dubitat *un homme de merite, dont il respecte le iugement.* *Reflexions au suiet d'un Systeme pretendu nouveau sur le mystere de la Trinité* p. 2. licet alibi & crassissimarum eum arguat contradictionum, & hominem appellet obscurum, *qui ne fait point debrouiller ses idées, & qui en un mot ne s'entend point lui même.* *Entretiens par Lettres entre Mfr. de la Chapelle & le Sicur Paul Maty* p. 48. Vnde & risum praebuit auctori libelli, qui inscriptus est: *Essay sur la maniere de traiter la controverse a Mr. Chapelle.* p. 22. *Vtrecht 1730. 8.* Non spernendam quoque auctori laudem tribuit IOH. LVD. BONVOVST ecclesiae Wallonicae Ultraiectinae Pastor in libro, qui hostitulo insignitus est: *Triomphe de la verité & de la paix* p. 334. *Vtrecht 1731. 8.* inquit: *Comme j'avois connu Mr. Maty à l'Academie de Leiden, & que l'estime, que son savoir & sa conduite m'avoient fait concevoir pour lui, avoit toujours continué &c.*



rentem, nec denique mentis malitia laborantem, (\*) id quod ex ipsa partim scriptorum eius inspectione elucet, partim testibus sat idoneis confirmatur. Honesto ille loco natus, a teneris usque unguiculis literis pariter atque virtuti operam dederat, adeo ut in Academia Lugdunensi optimo cuique probaretur, summos in Philosophia honores consequeretur, nec sane spernendam omnibus de se spem concitaret. Factum proinde est, ut ecclesiae primum Wallonicae Montfortensi divinarum veritatum praeco praeficeretur, dein ad Catechetae munus in ecclesia Wallonica Hagieni obeundum vocaretur, cui non sine laude praefuit. (\*\*)

Hoc in loco quum esset constitutus, dubia, quae inexplicabile SS. Trinitatis mysterium

B

iusto

(\*) Non enim apparet, cur assentiendum sit CHAPELLIO, qui nonnisi vana gloriae cupiditate ductum eum fuisse existimat. Ita enim loquitur in praefatione Reflexionum : *J'ai crû entrevoir dans la Lettre d'un theol. & c. un homme qui se laisse d'être obscur, & qui veut faire parler de lui, à quelque prix que ce soit.* Videntur magis cum scribendi ratione congruere, quae Auctor libelli : *Essay sur la maniere de traiter la controverse* p. 4. sqq. de eo disserit, inquiens : *Des le berceau il est nourri d'excellents preceptes, animé par de bons exemples, la vertu lui est devenue par degres habituelle, & pour ainsi dire necessaire.* Extant & apud Praesidem meum litterae doctissimi DE MAUCLERC, Ecclesiae Gallicae Sedinensis Pastoris, A. 1730. d. 17. Sept. exaratae, quibus eum ab ingenii subtilitate, morum honestate, animique pietate commendat.

(\*\*) Discimus hoc ex art. XLVI. decretorum Synodi Campensis, quem citat ipse Cl. MATY in protestatione sua contra eandem p. 3. Utrecht 1700. 8. ubi haec verba leguntur : *Msr. Maty ayant été ci-devant membre de ce Synode, comme Pasteur de l'église Wallonne de Montfort, & depuis Catechiste à la Haye.* Idem ipse affirmat auctor in Apologia sua P. I. p. 15. inquiens : *De la quelle eglise (de l'église Wallonne de la Haye) j'étois membre dans les tems, que toutes ces choses se sont passés & p. 99. L'on trouvoit même fort étrange, qu'ayant de pareilles erreurs les Conducteurs de l'église souffrissent, que j'exercasse un employ qui étoit destiné à instruire la jeunesse dans la religion.*

iusto curiosius rimanti inciderant, dissolvere, atque de nova quadam dogmatis huius explicatione cogitandum sibi esse, non fas solum duxit, sed & necessarium. Contigit homini, quod quaesiverat; namque assidua meditatione talem animo huius mysterii notionem informavit, quam & superandis quibuscunque difficultatibus idoneam, & S. Scripturae effatis ex assè consentaneam existimabat. Nec tamen statim in lucem eam protulit. Sed biennium accuratiori systematis sui examini impendit, id quod non uno in loco (\*) sanctè affirmat. Hoc elapso, quum nihil se reperisse putaret, quod illud subvertere posset, publicae etiam & quidem singulorum (\*\*) inquisitioni quin idem subiiceret, amplius non dubitavit, eo quidem consilio, ut si forte quaedam in contrarium monerentur, ea refellere, (\*\*\*) eoque firmioribus suam mentem superstruere posset fundamentis. Prodiit itaque libellus, quem dixi: cuius parens tamquam Apelles quidam post tabulam latebat, quo iudicia cognosceret hominum. At, ut solent homines difficulter amorem, quo erga se, suaque inventa flagrant, dissimulare, publice privatimque tam sedulus erat in

(\*) Verba eius haec sunt in *Lettre d'un Theol. Sc.* p. 27. *Quant à l'écriture, depuis près de deux ans, que ce Systeme s'est offert à ma méditation, j'ai examiné dans mon esprit, si ce Livre Sacré ne contenoit rien, qui fut contraire à mes suppositions, ou qu'on put y opposer avec un fondement apparent. Quod & repetit in Apologia P. I. p. 9.*

(\*\*) Testantur hac de re verba *Moniti*, quod *Literis suis ad Theologum Sc.* praefixit, ubi ita scribit: *Chacun de tous les autres Theologiens peut se regarder, comme étant celui, à qui cette Lettre s'adresse, & à qui l'auteur demande son avis dans un esprit de douceur & de charité.*

(\*\*\*) Ita enim loquitur in *Monito* modo dicto: *Il attend les objections, que les autres Theologiens pourront lui faire, afin que si la réponse à quelqu'une de ces objections peut servir à éclaircir davantage ce sujet, il puisse joindre cette réponse à son Traité.*



in defendenda opinione sua, ut homines emunctae naris paullo post non vane conicerent, quonam ea parente nata esset.

§. II.

Sed operae pretium fuerit, paullo accuratius cognoscere, quemadmodum sese gesserit vir eruditus, postquam libellum suum in lucem exire passus erat. Nam hoc ipse scriptum nobis in *Apologia* sua reliquit. Dubiae omnino & ancipitis fidei hominis de se ipso testantis verba videri possunt; sed quum partim sacramento (\*) sancte se obstrinxerit, partim ad aliorum testimonium (\*\*) provocet, partim denique ex ipsius Synodi silentio (\*\*\*) causae suae praesidium petat, quid obstat, quominus saltem in praecipuis narrationis capitibus fidem ipsi habeamus? Primum igitur hoc sibi datum credebat negotii, ut privatos intra parietes illos, quibus eiusdem ecclesiae, in qua ipse vivebat, cura concredita erat, de Systemate suo interrogaret, quaeque labefactare illud possent, ex ipsorum ore sciscitaretur. Sacrorum munere in

B 2

eccle-

(\*) Haec enim verba ipsius sunt in *Apologia* P. I. p. 15. *Je sai, que mon temoignage paroitra suspect en cette rencontre, & chacun en formera le iugement, qu'il lui plaira. Mais dans ces sortes des cas, si l'on ne convient pas des faits, le serment doit être reçu comme la decision du different. Je prens donc ici Dieu temoin sur mon ame de la sincerité, avec la quelle j'expose tous les faits, que l'on trouvera rapportes dans cette Apologie.*

(\*\*) *Apol. P. I. p. 22. ubi inquit: Que quelque Theologien temoigne, s'il l'ose, si j'ai jamais refuse de l'ecouter, si j'ai jamais fui l'occasion d'avoir quelque eclaircissement avec lui. Idem uberius persequitur p. 10. sq.*

(\*\*\*) *Aperte enim hac de re loquitur in Protestatione sua contra Synodum p. 18. sq. Il n'y a pas un seul mot (savoir dans les articles du Synode) qui temoigne, ou qui fasse même soupçonner, que dans mon Apologie j'aye avancé quelque chose de faux au desavantage d'aucun de ces quatre Messieurs, s'ils se fussent plaints de quelque chose de pareil &c.*



ecclesia Wallonica Hagiensi tum temporis praeter Celeb. ARMANDVM DE LA CHAPELLE fungebantur THEOD. HVETIVS, CHAIZIVS atque CHION, viri doctissimi & scriptis etiam ex parte inclyti. Horum ergo primum sententiam expiscari studebat. Nec sane officio illi suo deerant, sed repetitis vicibus colloquendi occasione data, ut ad meliorem mentem hominem revocarent, annitebantur; qua in re praeter ceteros se quoque reliqui nihil fecisse doctissimus BONVOVSTIVS, Ultraiectinae ecclesiae pastor, testis (\*) est. Optato tamen res successu carebat, quod forte minus mirum videbitur, si qua ratione partes illi suas egerint, curatius pensitare velimus. Initio certe mitius (\*\*) illi de hoc dogmate pronuntiabant, adeo, ut non sine ingenio libellum (\*\*\*) exaratum, nec prorsus ineptum (\*) esse, sed multa eximia (\*\*) & praeclara habere, concederent. Interdum sententiam suam silentio (\*\*\*) premebant, alio tempore levioris momenti ratio-

(\*) In libro cui index est: *Triomphe de la verité & de la paix* p. 334. sq.

(\*\*) Passim hac de re certiores nos auctor fecit. Ita v. g. *Apol. P. I. p. 17.* ait: *Il (Mr. Huet) n'avoit pas encore pris la premiere fois, non plus que ses Colleges les idées & la langage de Mr. de la Chapelle.*

(\*\*\*) Tulisse hanc de Systemate HVETIVM sententiam, testis auctor est in *Apol. p. 16. sq.* ubi asseruisse illum ait: *Que ce qu'il avoit trouvé dans ce livre, c'est, qu'il étoit écrit avec beaucoup de genie. Et p. 18. qu'il étoit composé avec esprit. Quin p. 17. inquit: Ce que ie sai de certain, c'est, qu'il ne me dit rien, qui ne tendit à l'avantage du petit livre.*

(\*) Indicasse ita CHAIZIVM hisce affirmat verbis: *Pour lui il jugeoit de ce Systeme plus favorablement. Il ne trouvoit pas ces accusations bien fondées, & il ne les envisageoit que comme des preiugez des gens, qui ne comprennoient pas assez ce Systeme. Apol. p. 20.*

(\*\*) Aperte satis professum auctor ait fuisse CHAIZIVM: *qu'il trouvoit ceci d'avantageux dans ce Systeme, que l'on n'y pouvoit objecter rien ni du coté de la Philosophie, ni du coté de la Theologie. Apol. p. 22.*

(\*\*\*) Iniisse hanc agendi rationem HVETIVM ex hisce Apologiae verbis

bis



rationibus pugnabant : (\*) nonnunquam omnem prorsus disputationem sollicitè declinabant : unde fiebat, ut non modo in viam auctorem haud reducerent, sed altius potius errorem animo eius infigi paterentur. (\*\*) Quae enim parenti systematis atque patrono molestiae (\*\*\*) portendebantur, tanti haud erant, ut animum doctrinae suae veritati confisum flectere, aut alienas in partes trahere possent. Ita ingeniis mortalium comparatum est : quae nova sunt, animique quadam contentione a nobis inventa, ea tanto plerumque sui amore nos detinent, ut Herculi citius clavam extorseris, quam periculorum metu mentem sententiae cuiusdam amore captam mutaveris. Hi igitur, quos diximus, quum nihil profecissent, ad doctissimum ARMANDVM DE LA CHAPELLE (\*\*\*\*) in primis confugiendum sibi esse auctor ratus est, quem tamen

B 3

omnis

---

bis patet P. I. p. 18. *Il ne me dit pas un seul mot, qui pût me faire entrevoir, s'il approuvoit ce Systeme, ou s'il le desapprouvoit, tant s'en faut, qu'il me communiquât une seule des raisons, qui put le lui faire desapprouver.*

(\*) Quamvis enim Cl. BONVOVST illorum patrocinium suscepit in *Triomphe de la Verité & de la paix* p.334. non tamen tanti argumenta ipsorum ponderis esse videntur, ut a sententia sua avocare auctorem potuerint. Ut adeo aperte idem profiteatur in *Apol. P. I. p. 22.* *Que tous les avis qu'on m'a donnez, n'ont pas du me faire changer de sentiment, mais au contraire, que tout a dû me persuader de plus en plus la verité de ce nouveau Systeme.*

(\*\*) Testatur hac de re auctor in *Apol. P. I. p. 23.* *Le silence, & la reserve, que quelques uns observoient, en refusant de me faire connoître, de quel côté ils penchoient, n'étoit pas moins propre à confirmer mon sentiment, que l'approbation, que les autres faisoient paroître en faveur du Systeme.*

(\*\*\*) Huetium inter alia ita dixisse refert : *Que comme ce livre s'éloignoit de la doctrine reçue à l'égard de quelques chefs, il y avoit apparence, que l'on feroit des affaires à l'auteur, s'il ne se tenoit pas bien caché.* *Apol. P. I. p. 18. 19.*

(\*\*\*\*) Vid. *Apol. P. I. p. 27. sq.*



omnis mali sui fontem deinceps atque causam fuisse profiteri nullus (\*) dubitat. Cl. CHAPELLE non modo falsam prorsus & vitiosam hanc novam doctrinam esse dicebat, verum etiam libellum, quo illa proponitur, oculis hominum plane subtrahendum esse, nisi auctor criminis & haereseos accusari vellet, sine circuitu adseverabat. Nolum tamen victas confestim auctor manus dare; sed per litteras sententiam suam adversus CHAPPELLIVM defendere conatus est. Natus inde literarum fasciculus est, quas deinceps una cum responsionibus suis in vulgus prodire auctor systematis iussit, ita inscriptas: *Eutretien par lettres entre Mr. de la Chapelle & le Sr. Paul Maty sur le sujet de la Lettre d'un Theologien a un autre Theologien sur le mystere des la Trinite.* 1730. 8.7. plag. In his epistolis Cl. CHAPELLE non universum Systema refellendum sibi statim sumsit, sed id unice egit, ut totum de SS. Trinitate mysterium non quidem per illud explanari, verum prorsus tolli ostenderet. (\*\*). Tribus itaque rem omnem thesibus confici posse existimaverat, ita quidem 1) ut auctorem Systematis nonnisi unicam in divinitate personam admittere, ideoque 2) patrem duntaxat in divina essentia agnoscere, omnemque 3) hac ratione Trinitatem evertere doceret. Quae sane si ita se haberent omnia, recte dixisset, vir egregius, nec cum ratione, nec cum S. Scripturae ora-

(\*) Locutus de CHAPELLIO in *Apol.* p. 24. addit: *Voici le commencement & l'origine de toutes ces persecutions, que j'ai souffertes à cette occasion.*

(\*\*) Quae leguntur in praef. *Reflexionum* ab ipso deinceps editarum, & hoc quidem se modo habent: *Je me bornai à une seule objection, qui tendoit non à refuter le Systeme en ses diverses parties, mais à montrer, qu'il est moins une solution, qu'une negation du dogme reçu dans l'eglise. Comme la difficulté, que ie poussai, etoit purement Arithmerique, elle m'avoit paru la plus propre à dissiper ou à prevenir l'illusion, que la lettre pouvoit faire à certaines personnes.*

(\*) oraculis congruere hanc sententiam, ideoque tenebris potius involuendam, (\*\*) quam in lucem proferendam esse. Longe vero alia auctori Systematis mens erat; Nam is adversarium suum non satis rem perspexisse atque ex ambiguis *personae*, *personae divinae*, imo & *Trinitatis* vocabulis accusationem hanc petiisse, nec aliunde, quam ex orthodoxorum notionibus refutationem suam formasse respondebat.(\*\*\*) Itaque operae pretium ducebat, explicatis denuo ad Systematis sui normam verborum notionibus, ostendere, minime criminationes istas cum re ipsa consentire: sperabatque fore, ut aequivocationibus omissis, certiores (\*\*\*\*) rationes adhiberentur, eaque, quae labe-  
factari

(<sup>c</sup>) Ita enim iudicat: *Le Systeme de l'auteur bouleverse tout dans le langage de l'écriture comme il me sera facile de montrer. Il donne pour solution du dogme de la Trinite une simple negation du dogme produite d'une maniere embarassée & nullement ni Philosophique, ni Theologique. Vid. Entret. p. 10. sq.*

(\*\*) *L'avis, inquit, que j'aurois à donner en ami à l'auteur, si j'avois l'honneur de le connoître, seroit de retirer incessamment ses exemplaires & de prier tous ses amis, de n'en plus parler. Entret. p. 11.*

(\*\*\*) *Vid. Entret. p. 12. ubi hunc in modum loquitur: Je trouve la premiere equivoque dans la Trinité des personnes. Vous savez, que cette expression n'a pas un sens fixé & déterminé, puisqu'elle se prend en autant de significations différentes, qu'il y a des sentimens sur la Trinité. Comment puis-je deviner si vous accusez l'auteur du Systeme de nier la Trinité des personnes dans le sens des Trinitaires, ou dans le sens des Arriens, ou dans le sens des Sabelliens, ou dans le sens des Orthodoxes, ou enfin dans quelque autre sens. Et in Apol. p. 35. Tous ces argumens, & toutes ces accusations ne roulent en effet, que sur une equivoque perpetuelle du terme de personne, & de celui de divine. Et tous ces argumens, & toutes ces accusations tombent par la definition de ces termes, laquelle je viens de rapporter.*

(\*\*\*\*) *Graviter enim inquit auctor Entret. p. 39. Par rapport à moi, je vous promets, que si vous pouvez effacer de mon esprit certaines impressions, que ce Systemie y a produites, & me ranger de votre senti-*

factari sacri Codicis effata viderentur, in medium proferrentur. Opposuit huic responsioni aliam CHAPPELLIVS, non eo quidem consilio, ut quae forsitan haud ex mente Systematis dicta fuerant, explanaret, quoque voces suas sensu accipi vellet, declararet, sed ut, reiecto, tamquam inutili, definiendi (\*) negotio, eadem, qua antea, via incederet, nec nisi iam dicta repeteret. Quamvis enim personarum (\*\*) aliquam Trinitatem in hoc Systemate locum habere concedat, easdem tamen intra ipsam divinitatem haud constitui contendit, ex quo effici putat unam duntaxat personam divinam non sine apertissima contradictione ab auctore eius admitti. (\*\*\*) Addit tamen auctori nihil molestiae a se metuendum esse: nec enim ad invidiam ipsi concitandam, verum ad preces potius pro eodem fundendas promptum se semper atque paratum fore. Haec iterata systematis nostri confutatio successu pariter caruit. Namque auctor eius in responsione

---

*sentiment en me convainquant par des preuves effectives, je me joindrai à vous pour combattre ce Systeme de toutes mes forces. Pour cet effet j'attens de vous comme un plaisir fort sensible, que vous me ferez, & comme une obligation, que je vous aurai, les preuves par lesquelles vous vous faites fort de montrer, que ce Systeme bouleverse l'écriture.*

(\*) Ita enim scribit: *Entret. p. 40. sq. Vous voulez, que je définisse ces termes, & que je vous dise, quelle idée j'y attache dans mon vrai sentiment. Vous voulez même, que je vous apprenne, si je suis orthodoxe, ou non. Dispensez moi de vous donner tous ces éclaircissements. Ils sont inutiles pour le dessein, que je me propose.*

(\*\*) *Vid. Entret. p. 48. Un être infini, & deux êtres finis, voilà sa Trinité. C'est bien une Trinité des personnes, mais ce n'est pas une Trinité des personnes divines.*

(\*\*\*) *Il fait profession, inquit CHAPPELLIVS, Entret. p. 46. d'admettre trois personnes divines, & cependant l'idée qu'il en donne, ne pose qu'une seule personne divine. Un homme peut il se contredire ni plus grossièrement, ni plus pitoyablement lui même.*

one partim ex denegata vocabulorum adhibitorum (\*) explanatione causae adversarii sui debilitatem apparere, partim datas quasdam notiones captiosas (\*\*\*) esse, putabat. Alia itaque via rem adgredi decernebat, ita ut vocabulorum explanationes ipsis epistolae, de qua agebatur, verbis probaret, seduloque caveret, ne ambiguitati amplius locus daretur, nec tam id quaereret ab adversario, ut sententiam suam sacris litteris repugnare, sed ut eam inter se pugnare, demonstraret. Namque hoc si fieret, fore, ut omnia simul conciderent. CHAPPELLIVS datis tertium ad Systematis auctorem litteris, quid sibi ille vellet, parum se (\*\*\*) intelligere, ad distinctionum latebras (\*\*\*\*) illum confugere, ideoque lubrico cuidam Proteo similem esse, graviter conquerebatur. Addebat, nolle se  
 C exami-

(\*) Ita enim loquitur in *Apol. p. 39.* *Quand on entreprend de prouver une chose, qui n'est pas, on ne sauroit y reussir, qu'en embrouillant la question par des expressions equivoques, & qu'en evitant avec soin toute sorte d'eclaircissement.*

(\*\*) On divine assez l'usage que M. D. L. C. à voulu faire de ces definitions, si nettes & si precises. C'est d'exprimer le Systeme, qu'il nous veut depeindre sous des expressions, qui le fassent paroître tout rempli d'absurditez, que personne n'y avoit encore appergues. Vid. *Apol. p. 44.*

(\*\*\*) Aperte hoc profitetur CHAPPELLIVS *Entret. p. 75.* *Vous me parlez, inquiens, comme si vous ne m'entendiez pas, & je vous avoue, que je ne vous entens plus du tout. En voila plus qu'il n'en faut entre honnetes gens pour ne plus disputer.*

(\*\*\*\*) Si ce Systeme, inquit CHAPPELLIVS, est un jeu perpetuel des mots, & d'idées, & qu'on n'y puisse mordre, qu'avec des *distinguo* toujours à la bouche, jugez vous même s'il a la consistance & la solidité, que l'auteur y vante si fort. - - - *Qu'est ce que tout cela, Monsieur, si ce n'est chercher les tenebres pour s'y defendre avec moins de desavantage. Entret. p. 76. Et p. 77. C'est un Protee, que je ne saurois saisir, c'est un Labyrinthe, ou je ne vois goutte, & je vous prie, de ne pas trouver mauvais, que j'abandonne cette querelle à des gens ou plus habiles, ou moins occupez que je ne suis.*



examinandis doctrinae huius difficultatibus diutius immorari, sed aliis hoc negotium relinquere. Nec tamen reticebat, videri sibi illud Tritheismo, Arianismo, atque Sabellianismo simul favere, quumque sine magna distinctionum mole consistere non posset, ipsum suam vanitatem & futilitatem prodere. Tantum vero abest, ut hac quidem ratione os auctori obturaret, ut is potius turpissimae CHAPPELLIVM se fugae dedisse, nilque minus quam victoriam reportasse, gloriaretur. (\*) Subiicit, ex eo quod quis sententiam aliquam haud intelligat, haud sequi, eam (\*\*) falsam esse, nec id quod distinctionibus illustrari debet (\*\*\*) necessario ex contradictionibus compositum esse: quae brevius nec satis clare dicta fuerint, ea melius explicari, imo, adhibitis verbis opportunioribus, omnes omnino distinctiones facile omitti potuisse: Non satis gravi viro convenire, si videat vires deficere, de caligine ac tenebris conqueri, atque timido pede arenam deferere, & in ipsa tamen fuga, quasi bene re gesta, triumphum canere. Ceterum totus in eo est, ut inultam sibi multiplicis haerefeos maculam abstergat, postremo-

(\*) Haud equidem tum temporis addere responsum PAVLO MARTY placuerat, postea vero cum typis harum literarum fasciculum evulgandum curasset, ultimum quoque hoc responsum in calce libelli comparuit.

(\*\*) Leguntur hac de re ista auctoris verba in *Entret. p. 81. Il n'est personne, qui ne se tire aisement d'affaire de cette maniere. Quand quelqu'un se trouvera embarrassé dans quelque dispute, il aura sa repartie toujours prête: Je ne vous entens pas. Avec cette réponse on n'aura jamais la bouche fermée, & on ne se trouvera jamais dans la nécessité d'avouer, que l'on s'étoit trompé.*

(\*\*\*) *Vn Systeme, inquit, qui peut se soutenir à la faveur des distinctions n'est pas un Systeme tissu des contradictions. Tout au plus on y pourroit objecter, qu'il n'est pas exprimé d'une maniere assez claire & assez distincte. Entret. p. 84.*

stremoque iusto Dei iudicio, (\*) an ab Orthodoxorum placitis adeo longe recesserit, diiudicandum relinquit.

§. III.

Hactenus, quae disputata erant, publicam in lucem nondum prodierant, licet innotuisse rem plurimis, negari omnino non possit. Vitio certe auctori dedit CHAPPELLIVS, (\*\*\*) quod divulgatis ubique epistolis, quas dixi, famam aucupari, omniumque in ore versari studuerit. Sed hanc ille iniustam criminationem esse, immo in ipsum CHAPPELLIVM publicatarum epistolarum culpam cadere tradidit: CHAPPELLIVM enim duplex epistolarum exemplar describi curasse, (\*\*\*) quorum quidem alterum sibi traditum, alterum vero, ut omnium oculis exponeretur, in aedibus Chirurghi, nescio cuius, Hagienfis depositum fuerit, forte iuxta tritum illud, quo quae lippis & tonsoribus innotuerunt, pro notissimis haberi consueverunt. Quidquid id est, nondum tamen publice novum Systema vexabatur, nec qui patronum eius sese

C 2

stite-

(\*) Dixerat nimirum CHAPPELLIVS in epistola tertia. *Vid. Entret. p. 76. L'orthodoxie est la chose du monde dont il semble qu'il ait voulu le plus s'éloigner.* Regerit autem MATY in *Entret. p. 97. Je laisse ce trait au jugement de Dieu.*

(\*\*) In *praef. Reflexionum*, quas mox recensēbimus, ita loquens: *Le zélé partisan du Theologien Anonyme ne fit usage des lettres, que pour parvenir à ses fins, qui étoient de semer à droite & à gauche les nouvelles d'une dispute ou je ne m'étois engagé, que par un principe de charité pour lui seul.*

(\*\*\*) Certos hac de re nos auctor Systematis fecit in *Apol. p. 60. in-*quiens: *Avant que j'eusse eu aucune communication du premier de ces écrits, du moins en même tems, le bruit étoit déjà répandu dans la Haye, que M. D. L. C. écrivoit contre l'auteur du Livre, & qu'il lui préparoit une réfutation fulminante. Et p. 77. ibidem: A quoi devoit être employée cette seconde Copie déposée chez un particulier à la Haye, Chirurgien de sa profession, pour être lue de plusieurs personnes, comme elle fut en effet?*



stiterat, criminis aperte infimulatus fuerat. Verum enim vero diutius non ferebat hominis audaciam CHAPPELLIVS, qui passim vinci sese haud potuisse, praedicabat. Quamobrem typis exscribi curabat libellum hoc indice insignitum: *Reflexions en forme de lettre au sujet d'un Systeme pretendu nouveau sur le mystere de la Trinite, par Arm. de la Chapelle. in 8.* Fusius ille hoc libello, nec sane clementius, suam de novo hoc Systemate sententiam dicebat. Statuit enim difficultates (\*) in dogmate de Trinitate obvias illo haud minui, gravissime potius illud sibi repugnare, imo monstri (\*\*\*) simile esse. Arianorum & Sabellianorum commenta in eo coagmentari: Omni quidem modo sibi auctorem (\*\*\*) cavere, ne consuetis sectarum iam nomine ipso invisarum vocabulis utatur, non tamen posse qui emunctioris naris sint, quin fraudem detegant, quique in herba anguis lateat, perspiciant: Tantum igitur abesse, ut hoc sese Systema (\*\*\*\*) novi-

(\*) Statim sub initium his incipit verbis: *Je vous disois à bouche, que ce Systeme n'est qu'un Composé d'Arianisme & de Sabellianisme, cousus bout à bout, que par consequent il s'en faut bien, qu'il y ait rien de nouveau à le considerer comme une solution du mystere, qu'il en augmente les difficultez, au lieu de les diminuer, & que les contradictions dont il est tissu, sont grossieres. Je n'ai point changé de sentiment, ou plutôt je me confirme de plus en plus dans la même pensée.* Id quod etiam confirmat p. 74. 97. & alibi.

(\*\*) Passim monstri nomine Matyanum Systema CHAPPELLIVS insignivit in *Reflexionibus* suis, praefertim p. 59. 60. 66. sqq.

(\*\*\*) Explicat rem Sabellianismi exemplo CHAPPELLIVS *Reflex.* p. 61. dicens: *Ce que je vais dire s'est fait plus souvent dans tous les ages du monde. C'est de s'approprier les Systemes des autres, à la faveur de quelques changemens dans les termes. En ceci l'auteur n'est pas si original. En volant à Sabellius la clé de l'enigme, il a eu l'adresse de deguiser le larcin &c.*

(\*\*\*\*) Postquam nec in doctrina ipsa, utpote ex Sabellianorum & Arianorum placitis composita, nec in probandi modo novitatem Systema-



novitate commendet, ut potius cum Sabellianorum, Arianorum, Noëtianorum atque Patripassianorum stercore dudum exulare ex puriore coetu, iussum fuerit. Novam vocari quidem posse tam adversis secum frontibus pugnantium opinionum coniunctionem; at funestam eam esse, quum detestabile ex (\*) ea monstrum nascatur, eoque magis tam sanæ rationis, quam Sacri etiam Codicis effatis adversari: Igitur non iactatam solum insignis emolumenti spem fallere, sed protrahendis etiam (\*\*) ad aeternitatem usque litigationibus mirifice Systema hoc inservire, eaque ratione instructum esse, ut quacunque demum parte se premi auctor eius sentiat, (\*\*\*) elabendi tamen semper rimam invenire, soloque in-

C 3

nume-

---

stematis consistere CHAPPELLIVS docuerat, tandem addit: *En verité la hardiesse de cet Auteur est bien singuliere, & ce n'est pas là le moindre nouveau de l'ouvrage. Soit conclu que tout ce qu'il y a véritablement de nouveau dans le Systeme est l'union du Sabellianisme avec l'Arianisme. Refl. p. 62. sq.*

(\*) Separément chacun de ces deux sentimens (de l'Arianisme & du Sabellianisme) n'est point en contradiction avec lui même, quoiqu'il soit contraire à l'écriture. Mais réunis dans le même Systeme, ils forment la plus monstrueuse association d'inconsistences, dont on ait jamais parlé. Sunt verba CHAPPELLII Refl. p. 97. quam quoque rem fulius dein monstrare adgreditur. Idem docet p. 67. dicens: *On voit a present ce que c'est que joindre ces deux Systemes pour en faire un seul corps. C'est adopter deux contradictoires, c'est dire au même sujet qu'il est, & qu'il n'est point, c'est réunis l'Affirmative avec la Negative, & c'est là, sans autre mystere, ce que c'est que le Systeme pretendu nouveau sur la Trinité.*

(\*\*) Testatur hac de re CHAPPELLIVS in Refl. p. 69. 70. ubi inter alia inquit: *Pour moi je suis persuadé, que bien loin que ce Systeme soit propre a terminer les disputes, il ne peut servir, qu'à les rendre plus vives, plus aigres, & plus destructives a la charité.*

(\*\*\*) *Vous voyez bien, inquit CHAPPELLIVS, Refl. p. 70. qu'il est a couvert de tous les cotés. - - Dites l'oui ou le non, c'est tout un, il y a toujours un sens, ou il a raison, & en quelque sens, que ce soit,*  
vous



numerarum contradictionum auxilio adversario se subducere possit. Praeterea noxium sub dulci hoc melle venenum latere; etenim realem divinarum personarum (\*) trinitatem funditus eo everti, clarissima sacrarum paginarum oracula enervari, quin detestabilem illum rerum creatarum (\*\*) cultum postliminio iterum introduci. Dignum proinde libellum, qui aeterno silentio involvatur, quum novis orbem portentis repleat, nec nisi capitis male sani fictiones mundo obrudat. Inter ea tamen cautum simul voluit Clariss. CHAPPELLIVS, ne odii vehementia abreptus nonnisi criminationibus pugnasse, aut mansuetudinis limites transfiliisse videretur: qua ratione, ex subiectis eius verbis apparebit. (\*\*\*) Re-  
pre-

---

*vous aurez toujours tort, à moins que vous ne puissiez vous résoudre à dire comme lui l'oui & le non tout ensemble.*

(\*) Multus in hoc probando CHAPPELLIVS est, nec tamen argumenta ipsius huc transcribere paginae angustia patitur. Sufficiat sola verba allegasse, quibus de personarum divinarum Trinitate magna cum contradictione eum loqui existimat, quando dicit: *Remarquons, qu'il ne pouvoit se servir de ces termes (personnes divines) sans se contredire si grossièrement lui même, que les plus stupides s'en seroient aperçus.*

(\*\*) Id quod ex Arianismo Matyano probat CHAPPELLIVS *Ref. p. iii. sqq.*

(\*\*\*) Excusat suam scribendi rationem CHAPPELLIVS *Ref. p. ii.* dicens: *Si j'appelle ces sentimens Ariens, Sociniens, Sabelliens, Trinitheites, ou de telle autre maniere, que je le verrai bon être, n'allez point m'en faire un crime, & m'accuser d'y entendre une mauvaise finesse. Je vois avec chagrin, comme vous, que ces noms odieux ne font, que trop d'impression sur la multitude, & que l'on ne peut guere en qualifier les sentimens d'un homme, sans exposer sa personne à la haine publique. Mais c'est un malheur auquel je ne connois point de remede, parce qu'il ne se peut eviter en bien de rencontres. Il est etabli, par l'usage, que les noms des sectes soient employez, pour en designer les Symboles, & vous pouvez compter, que si je m'en sers, je n'y aurai point d'autre vüe. Et p. 14. ait: Je suis aussi tolerant, qu'aucun de mes freres.*



prehensus tamen hanc ob rem est ab *ephemeridum Hagiensium* conditoribus doctissimis, quibuscum leves CHAPPELLIO lites fuerunt. Optaverat nimirum epistolae (\*) controversae Auctor tum anonymus, ut si forte corrigenda quaedam in libello suo viderentur, aequi tamen sibi rerum iudices, nec charitatis atque mansuetudinis expertes obtingerent. Huic eius voto Hagienses illi *Ephemeridum* scriptores calculum (\*\*) adiiciunt, idque eo magis, quod hoc argumentum ex illis fit, quae magnos animorum motus ciere soleant. Hac voce commotus CHAPPELLIVS, (\*\*\*) nil dubitabat, viros hosce doctos apertos Systematis amicos atque tutores dicere, atque vereri, ne suam illi disputandi rationem (\*\*\*\*) ceu acerbiorrem & sale nigro conditam vituperarent; Illi contra graviter de iniqua hac accusatione conquesti, (\*\*\*\*\*) CHAPPELL-

(\*) In praef. Epistolae Theologi ad Theologum.

(\*\*) Vid. *Journal littéraire* T. XIV. P. I. p. 198. ubi haec verba leguntur: *Il est à souhaiter, que notre auteur trouve ces dispositions dans tous ceux, qui liront son ouvrage, Car on ne peut disconvenir, que la matiere ne soit de l'ordre de celles, qui emeuvent les esprits, & qui ont donné lieu souvent a des disputes facheuses.*

(\*\*\*) In praefat. *Reflexionum* ait: *Mrs. les Journalistes de la Haye semblent avoir pris ce systeme sous leur protection.*

(\*\*\*\*) *Reflex.* p. 71. inquit CHAPPELLIVS: *Cette leçon anticipée (des Journalistes) me donne lieu de craindre, qu'ils ne me blâment de la maniere dont j' ai traité l' auteur.*

(\*\*\*\*\*) *Journal littéraire* T. XIV. P. II. p. 438. sq. *Qu' est ce dont, Viri inquit doctissimi, qui pût prevenir Msr. de la Chapelle contre nous? Estce la reflexion, que nous avons ajoutée à notre extrait, dans laquelle nous souhaitions que l' anonyme pût trouver des dispositions de douceur & de charité dans ceux qui le liroient? Mais une reflexion de charité n' est pas un caractère d' herese. Et nous craignons bien, que par la maniere, dont Msr. de la Chapelle a répondu, il ne soit devenu tout le premier une preuve de la necessité de notre remarque. Cet auteur n' a rien moins, que menage son Antagoni-*



PELLIVM ipsum saepius ostendisse adseverant, se non temere mitem animum adversariis anonymi scriptoris precatum esse, quum non uno in loco ipse de exacerbato nimis animo suo testetur. Praeter hos nec defuerunt alii, quibus ea, qua CHAPELLIVS usus erat, disputandi ratio quam maxime displicebat, adeo ut publicis eam scriptis castigare non vererentur. Strenue has partes sibi imposuit scriptor nescio quis, qui libellum ita inscriptum *Ultraiecti* emisit: *Essay sur la maniere de traiter la controverse, en forme de lettre adressee à Msr. de la Chapelle.* 1730. in 8. Qui quidem de *Spiritu persecutionis* multa fatis apte (\*) locutus, eundem & in (\*\*) CHAPELLIO dominari perhibet. Sophismatibus enim eum (\*\*\*) pugnare & ubivis ostendere, ad exponendum publicis odiis auctorem Systematis omnia eius tela comparata esse. Hinc & in-

---

*goniste ; & il avoue en plus d'un endroit, qu'il s'est mis en colere. Pour nous, nous croions, que la religion n'a pas besoin des passions humaines pour se defendre.*

(\*) L. c. p. 2. 3. ubi & veram eius naturam indolemque descripsit.

(\*\*) Aperte suam hac de re sententiam explicat in *Essay* p. 3. dicens: *Il paroît naturel, Monsieur, que Vous (Chapelle) vous piquez d'être tolerant, vous avez la meme idée que moy de l'esprit persecuteur, & cependant par les regles, que je viens d'établir, il est clair comme le jour, que vous avez donné dans cet esprit si indigne d'un Philosophe & d'un homme de bien.*

(\*\*\*) Pluribus hanc rem persequitur in *Essay* p. 29. *Vous faites tous vos efforts pour attirer à l'auteur du Systeme la haine & le mepris du public en le faisant considerer comme un extravagant, comme un fanatique, & comme coupable du plus detestable orgueil, de la vanité la plus contraire au Christianisme. Pour le perdre de reputation vous employez des Sophismes, qui destituez de toute vraisemblance ne sont capables, que d'ebloir les petits esprits, mais qui ne sauroient que donner de l'indignation a ceux, qui ont de la vertu & des lumieres.*



& inspirationis divinae, quam arrogasse (\*) sibi auctor ille dicatur, imputationem, simulque iniunctum ipsi ex tripode quasi (\*\*) silentium ridendum esse, existimat. Neque tamen ideo effrenam quandam dicendi scribendique licentiam commendasse videri vult, sed potius sincerum veritatis studium, zelumque pro gloria Dei legitimum a turbulento irae, ceterarumque animi commotionum aestu distinguit, quaeque iusti pro veritate fervoris partes sint, multis explicat. (\*\*\*) At CHAPPELLIVM (\*\*\*\*) a vero hoc zelo tantopere abesse autumat, ut animum passim torrentis instar abreptum prodat, quaeque mentis suae affectuum tenebris obscuratae conditio fuerit, dissimulare nequeat. Quare fieri haud potuerit, quin hallucinaretur, longeque aliam sibi Systematis faciem videre putaret, quam quidem auctori in mentem unquam venire potuerit. Auctor itaque illi suasorque est, ut sopitis concitatae mentis perturbationibus quiete idem expendat,

D

fen-

(\*) *Essay p. 15. ubi inter alia ait: Quoi, Monsieur, croire qu'on a decouvert une grande & utile verité par l'assistance divine c'est être fanatique? c'est prétendre à l'inspiration? Mais j'entens tous les jours des gens de bien s'exprimer de la même manière; Il faut donc, qu'il y ait un terrible nombre de fanatiques dans toutes les religions.*

(\*\*) *Vid. Essay p. 9. sq.*

(\*\*\*) *Conf. Essay p. 34. sqq. ubi hanc veri zeli descriptionem tradit, quod nihil sit aliud, quam une certaine ferveur produite dans notre ame par l'amour de la verité. Cuius praecipua quidem cura sit, de faire tous ses efforts pour mettre la raison en état de soutenir la verité avec toute la vigueur possible &c.*

(\*\*\*\*) *Franchement, Monsieur, la chaleur, qui paroît dans votre lettre, est elle du même genre, que le zele raisonnable, dont je viens d'ébaucher le caractère? N'est ce pas plutôt un emportement reel, une colere aussi visible, que mal fondée? Sunt verba auctoris Essay p. 36. ubi & exemplis quibusdam CHAPPELLIO animum affectibus obscuratum exprobrat, utpote quem ipse non potuerit, quin passim diserte professus fuerit.*



sententiamque sanae rationis regulis convenientem de illo ferat. Ita enim fore, ut benignius de eodem sentiat. Dictum, ni fallor, satis fuerat, sed denuo auctor iste anonymus hac de re CHAPPELLIVM compellere, iteratisque monitis vellicare ausus est. Edidit enim alteram libelli sui partem, quam inscripsit: *Suite de l'Essay sur la maniere de traiter la controverse. in 8.* in qua idem negotium acriter persequitur. Prodiit quidem hocce supplementum post habitam demum Campae Synodum; nos tamen hoc in loco eius mentionem iniicere volumus, quia coeptam in eo telam auctor perfecit. Mirari in eo satis auctor non potest, quod tantus tam gravium virorum, qualis Campae fuerat, confessus calculo suo non modo CHAPPELLII (\*) librum adprobraverit, sed & tantis eundem laudibus extulerit, quem tamen odii vehementia excaecatam fuisse, in aperto positum sit. Neque enim iniustam gravissimarum haeresium insimulationem, eandemque magna verborum acrimonia enuntiatam, Christianum decere, ideoque sine vituperatione haud dimittendam (\*\*\*) fuisse. Quamobrem haud a se, ut ait, impetrare potuit, ut standum illo-  
rum

(\*) *Quand on m'apprit, inquit, ces eloges sans bornes, donnez a un ouvrage absolument embrouillé & obscurci par les fumées d'une violente passion, j'ai été assez profane, pour m'écrier. Non equidem invideo, miror magis, undique totis usque adeo turbatur. Essay P. II. p. 5.*

(\*\*) *Multis hanc rem Synodo exprobrat Campensi in Essay P. II. p. 7. quando dicit: Ces Messieurs n'ont pas trouvé à propos de vous en dire le moindre mot. En vérité, Monsieur, j'en suis dans une surprise, qu'il m'est impossible d'exprimer. Ce corps, qui fait tant de choses, fait comme vous & moi, que la vertu n'est pas moins essentielle à la religion, que l'Orthodoxie, que ce que Jesus Christ a prescrit est bien aussi respectable, que ce qu'il a enseigné, & que les défauts du coeur sont bien plus punissables, que la foiblesse de l'entendement. D'où peut venir leur silence sur un sujet si grave? &c.*

rum iudicio crederet, potius denuo Systematis auctori succurrere, cunctisque illum ab accusationibus vindicare in animum induxit. In medio quidem Systematis novi vel veritatem vel falsitatem relinquit: at ira tam vehementi opus fuisse negat adversus illud, praesertim quum nec fidei fundamentum (\*) attingat, nec ab ea, quae Orthodoxis placeat, sententia multum distet. Tametsi enim, quam nos intra essentiam divinam existere personarum multitudinem credimus, extra divinam essentiam ab eo posita sit, haec bina tamen nonnisi opinione (\*\*\*) differre, salvamque idcirco omnino atque inconcussam fidei basin ab eo relinqui. Sed & longius procedit, atque opinionem vulgo receptam vocabulis mente vacuis constare, eaque propter non sine examine coeco quodam assensu arripiendam esse, statuit. Ex quo concludit, gratias potius auctori Systematis orbem debere, quod doctrinae haecenus vocabulorum nube obscuratae lucem affundere susceperit, eosque inique facere, qui do-

D 2

ctri-

(\*) Perspicue monstrandi Systematis cum essentia religionis convenientiam, omnem operam atque studium adhibet, *Essay p. 10. sqq.*

(\*\*) *Vous me soutiendrez peut-être, ait, que cette différence fondamentale se trouve en ce que selon vous la distinction des personnes divines se trouve dans l'essence même de la divinité, & que dans le nouveau Systeme on cherche cette distinction hors de l'essence de Dieu. Mais voyons un peu, si en parlant ainsi, vous diriez quelque chose. Voici à quoi se reduiroit votre proposition: C'est dans l'essence même de Dieu, & non hors de cette essence, qu'il faut trouver outre la personne du pere deux etres reels, qui ne sont ni Substances, ni Modes, & qui sont produits de cette essence l'un par une generation eternelle, & l'autre par une procession eternelle. Ne sont ce pas la de vains sons Monsieur? Y gagnez vous quelque chose, quand vous placez dans la nature divine même, une distinction dont vous n'avez, ni ne sauriez avoir la moindre idée, & que, graces aux expressions, dont vous embrouillez une matiere deja assez obscure, vous ne sauriez considerer, que comme rien? Essay p. 17. P. II.*

ctrinam ipsius invisis nominibus suspectam reddere & pro monstro venditare conentur.

§. IV.

Haftenus non nisi calamo res agebatur, nec alii generis molestias larvatus ille Systematis auctor (\*) metuebat, praesertim quum omnem persequendi suspitionem a se ipso amoliretur (\*\*) CHAPPELLIVS, ceterique eius collegae, dummodo ille quiesceret, nullum prorsus ipsi periculum imminere, per amicum (\*\*\*) quendam testati fuissent. Ast nunc alia rerum facies nascebatur. Namque iidem gravissimas calamitates partim denuntiari(\*\*\*\*) curabant homini, partim ipsi aperte indicare non verebantur. Ablegatus scilicet ad PAVLVM MATY nomine omnium CHAIZIVS, an auctorem Systematis sese profiteretur, aut saltem eius doctrinae subscriberet, exploratum se venisse (\*\*\*\*\*) dicebat. Ille contra

(\*) Ipse hoc affirmat MATY in *Apologia P. I. p. 85.* inquiens: *Il ne pouvoit pas me venir dans l'esprit, qu'on me put susciter quelque affaire sur ce sujet.*

(\*\*) In epistola sua ad PAVLVM MATY data, quae extat in *Entretiens p. 49.* Et in *Reflex. p. 13. 14.* idem asserit.

(\*\*\*) Testis rei est MATY in *Apologia P. I. p. 86.* Aussi, ait, ces Pasteurs, quoiqu'ils fussent tres-bien, quels estoient mes sentimens, m'avoient fait assurer par une personne, qui nous faisoit l'honneur d'etre de nos amis, que je n'avois rien à apprehender de leur part, moyennant que je me tinssse tranquile.

(\*\*\*\*) Les choses, inquit auctor in *Apol. p. 87.* changerent de face bientôt apres. Des que ces quatre Messieurs eurent appris, que les lettres de M. D. L. C. accompagnées de mes reponses avoient été lues à Leide, ils changerent de langage. Et pour me signifier, que j'avois encouru leur haute indignation, la même personne, qui m'avoit assuré, que je n'avois rien à craindre de leur part vint m'annoncer, que puisque j'avois violé la Loi de tranquillité, qui m'avoit été enjointe, je devois m'attendre à être poursuivi à outrance.

(\*\*\*\*\*) Fuscè hanc rem exponit auctor *Apologiae P. I. p. 87.* La visite, inquit,



tra non sine admiratione captiosam sibi hanc interrogationem videri respondebat: etenim quaerentes non auctoritate tantum ad hanc rem destitui, (\*) sed etiam omnium divinationis suae fundamento carere. Interim sese calculum Systemati adiacere, utpote cuius validissimae sibi rationes videantur, quas tamen si convellere, melioribusque ipsum argumentis in viam revocare possent, promptum se ad canendam palinodiam atque paratum fore. (\*\*\*) CHAIZIVS hanc responsionem Collegis (\*\*\*) suis parum gratam fore reponerat, suaviorque ipsi erat, ne ecclesiae pacem turbare, publicaeque damnum inferre quicquam vellet: sed auctorem his verbis haud commovebat. Iunctis ergo viribus denuo illius mentem tentare, iteratisque illum exhortationibus a proposito revocare Collegae

D 3

decer-

---

*inquit, que je regus de Msr. Chaiz, fut le commencement de la procedure de ces Messieurs contre moi. Il debuta en me disant, qu'il venoit, tant en son nom, qu'en celui de ses Collegues à cause du Systeme en question. Que ce Systeme faisoit grand bruit, & que l'on m'accusoit même d'en être l'auteur. Que pour faire cesser ce bruit, & entretenir la paix dans l'église ils avoient trouvé à propos, Msr. ses Collegues & lui de me demander au nom de tous quattres, si je n'avois l'auteur du Systeme, & si je voulois bien m'engager à en maintenir & à en defendre le contenu.*

(\*) *Ma reponse fut, inquit MATY l. c. que j'étois fort surpris d'une deputation pareille, & que je trouvois son interrogation captieuse, venant de la part d'un corps de Pasteurs, qui n'étoient pas autorisés à m'en faire une semblable. Je lui representai, que l'auteur de la lettre, n'y ayant pas mis son nom & personne ne s'en avouant l'auteur, il n'étoit pas autorisé à me faire cette question, vu qu'il n'y avoit aucune preuve, que je fusse cet auteur la.*

(\*\*) *Dedisse se hoc responsum testatur in Apol. P. I. p. 93.*

(\*\*\*) *Msr. Chaiz, inquit MATY, convint une fois, que ce que je disois étoit raisonnable. Mais comme j'eus occasion de le reiterer dans le même entretien, & que je lui dis, que je changerois d'avis, si ses Collegues me donnoient des raisons, qui me convainquissent: Vous ne leur ferez pas une grande grace, me dit il. Vid. Apol. p. 95.*



decernebant: (\*) verum irrito iterum conatu. Sed nec illi argumentorum pondere hominem corrigere studebant, contra non omnem solum disputationem (\*\*) legitimam fugiebant, sed fidei etiam (\*\*\*) professionem, quam offerebat, recipere gravabantur. Equidem qui pro reliquis verba fecerat, CHION, allaturum se rationes Systema funditus evertentes pollicebatur, (\*) forte tamen promissi (\*\*) immemor, quum denuo auctorem adiisset, semel dicta tantum repetere, auctoremque, ne tranquillitatem turbaret publicam, adhortari pergebat. Durum igitur & monitoribus asperum quum permanere viderent MATYVM doctissimi viri, gravius in eum animadvertendum, hominemque nulla interposita mora in ius vocandum esse decreverunt, praesertim, quum rerum suarum fategisse, nilque omnino reliqui fecisse ad eum convincendum sibi viderentur. Et suadere consilium istud, imo & praecipere videbatur ecclesiae Hollandicae (\*\*\*) desiderium, quae ut novam hanc sententiam con-

(\*) Exposuit haec Collegarum conamina MATY in *Apolog.* p. 98. sq.

(\*\*) Scilicet quum nihil se Confessionibus fidei adversum docuisset MATY affirmaret, nihil ipsi aliud responsum fuisse testatur, quam: *Nous ne sommes pas venus ici pour disputer.* Vid. *Apol.* p. 101.

(\*\*\*) *Je lui dis, inquit auctor, que pour les convaincre de l'Orthodoxie de mes sentimens, au cas qu'ils le souhaitent, j'étois prêt à leur donner une confession de ma foi, conçue en des termes non équivoques. Msr. Chion rebuta mon offre, il me dit, que ce n'étoit pas la, de quoi il étoit question. ibid.*

(\*) Afferit hoc auctor l. c. p. 103. II. (*Msr. Chion*) *me dit en même tems, qu'il si je voulois aller chez lui, il me donneroit dans un entretien particulier les raisons, que j'avois demandées tant de fois. Je lui répondis, qu'il me feroit un grand plaisir de me les donner.*

(\*\*) Vel summis etiam precibus promissam a CHIONE refutationem obtinere se haud potuisse, MATY testatur in *Apol.* p. 115.

(\*\*\*) *On me disoit, inquit MATY, qu'il ne dependoit pas de nos Confes-*

*sioi-*



configeretur, neque latius errorem serpere permetteret, ab Hagienſi petiſſe dicitur. Hi conatus fugere Systematis auctorem non poterant, qui propterea, quid factu opus foret, diſquirere incipiebat. Cauſam quidem dicere haud (\*) verebatur, nec tamen alium, quam (\*\*) triſtem rei eventum fore, animus praefagiebat. Noverat ille, diſputationibus coram confefſu (\*\*\*) eccleſiaſtico locum non eſſe, eaque propter facile coniectu erat, quae- nam ſibi ſententia expectanda eſſet. Iudices nacturum ſe videbat (\*\*\*\*) anteceptis opinionibus repletos, paſtores ſuos,

*ſiſtoires, ni de nos Synodes, de ne pas condamner ces ſentimens ; à moins qu'il ne vouluſſent ſe ſuſciter des affaires très-facheuſes avec les paſteurs Flamands, qui, à ce qu'on a dit, & repeté en plus d'une occaſion, avoient fait demander à nos Synodes la condamnation de ce livre. Apol. P. I. p. 120. ſq.*

(\*) Certiſſime ſibi hoc perſuaſum habebat auctor, in Apol. p. 119. ita teſtatur : *J'étois ſûr d'être en état de juſtifier parfaitement ma doctrine, non ſeulement comme une doctrine vraie, fondée ſur la parole de Dieu : mais encore comme une doctrine orthodoxe, exemte de toutes les herèſes dont on l'accuſe, conforme aux ſentimens reçûs, conforme à nos Confefſions de foi, dans toutes les choſes eſſentielles.*

(\*\*) *Des gens, inquit, qui ſavent, ſur quel pié on ce gouverne dans ces aſſemblées, m'avoient averti depuis long tems, que toute doctrine, qui a quelque choſe de nouveau, ne pouvoit pas manquer d'y être condamnée, de quelques raiſons qu'une telle doctrine fut appuyée. Apol. p. 120.*

(\*\*\*) *On me ſoutenoit, ait auctor, que c'étoit une Loi fondamentale de la iuriſprudence eccleſiaſtique, que les compagnies n'entrent jamais en diſpute avec ceux, qui dependent d'elles, & que ceux-ci ne ſont jamais admis à produire des obiectons contra des ſentimens déjà établis. ibid.*

(\*\*\*\*) *Je conſiderois, que mes quatre paſteurs avoient pris la choſe ſur un tel ton, qu'il falloit neceſſairement, qu'ils pouſſaſſent leur pointe. Ils n'étoient pas gens à ſe retracter de leurs accuſations. Ils avoient trop d'ascendant non ſeulement ſur leur Conſiſtoire, mais auſſi ſur les autres, & par conſequent ſur le Synode, pour n'être pas aſſurés d'avoir gain de cauſe. Sunt verba auctoris in Apol. P. I. p. 121.*



suos, qui frustra ipsum a sententia dimovere conati essent<sup>4</sup> vi atque aestu negotium suum acturos, facileque cetera Synodi membra in suas tracturos partes esse. Quare tutius iudicabat, illorum se potestati subtrahere, quam iniquo hominum male affectorum partim examini, partim iudicio se exponere. Ergo primum (\*) dimissionem a munere Catechetæ ab illis, qui societatem moderabantur, die 9. Octobr. 1729. flagitabat, alioque sub coelo degere constituebat. Et hac ipse de re datis ad CHIONEM (\*\*) literis certiores Collegas fecerat. Ita fore existimabat, ut extra limites potestatis illorum constitutus tempestatem imminentem effugeret. Neque tamen ita causæ suæ obliviscebatur, ut silentio suo veritatem accusationum ipsi iniunctarum quasi fateretur, sed publice potius easdem diluebat, quaque potissimum se ratione gesserit, monstrabat. Omnium nimirum oculis tam actionum suarum integritatem, quam doctrinæ innocentiam expositurus, utriusque apologiam exarabat, typisque Ultraiecti evulgandam curabat, hoc titulo instructam: *Apologie de la Conduite & de la doctrine du Sr. Paul Maty. in 8.* Distributum duas in partes opusculum est; quarum primam vindicandæ rerum a se gestarum iustitiæ destinavit, altera vero, qualis doctrinæ a se defensæ conditio sit, explicandum sibi sumfit.

(\*) *Après donc avoir demandé, inquit, la demission de mon emploi a Msr. les Directeurs de la Société, de qui je le tenois, j'ecriois un billet a l'un des quatre pasteurs susdits, pour lui notifier mon depart. Cette demarche faite avant qu'il y ait eu encore aucune accusation intentée contre moi devant quelque assemblée ecclesiastique de ce pais, me mit hors de la iurisdiction & du Consistoire & du Synode, encore que divers obstacles, qui me sont survenus depuis, m'ayent arrêté dans ce pais plus longtems, que je n'avois projeté.*

(\*\*) *Datas hæc ad CHIONEM fuisse literas aperte auctor profitetur in protestatione contra Synodum Campensem p. 4.*



fit. Supervacaneum foret, omnes hasce excusationes multis hic verbis persequi; Nam praecipuas iam exposuimus: ceterae non adeo magni momenti esse videntur. Summa eorum eo redit, ut partim, quantum laboris in tentanda Systematis sui vel veritate vel falsitate consumferit, referat, partim datas sibi responsiones ad convictionem haud valuisse, tradat, partim denique quod de munere atque patria deserenda consilium ceperat, multis rationibus excuset. In primis tamen in eo laborat, ut in altera *apologiae* parte doctrinae suae innocentiam tueatur, quam nullas hactenus rationes (\*) labefactasse, nec forte unquam satis everfuras esse, gloriatur. Addit, quae in Systemate suo ab opinionibus receptis recedere viderentur, fundamenta religionis non tangere, nec ea ratione comparata esse, ut commutare eam valeant. (\*\*). Sive enim internam in divinitate distinctionem statuamus, sive extra eandem positam, quum taceat S. Scriptura, perinde esse, nec ideo haereseos macula quenquam afficiendum. Ceterum se non tres modo personas divinas agnoscere, sed earum quoque distinctionem ex personalitatibus oriundam sanctissime credere, fatetur, ut adeo aequo rerum aestimatori ab orthodoxorum opinionibus Systema suum haud deflectere, statim perspectum esse debeat. Scilicet quae ad fundamentum doctrinae alicuius spectent, ab illis, quae ab eodem longius distant, probe secernenda, nec dummodo illud salvum maneat, haec magnopere curanda esse, censet. (\*\*\*) Haud enim omnia, quae in receptis fidei

E con-

(\*) Aperte fatis gloriatur, inquit: *Ces preuves (du Systeme) n'ont point été refutées: personne n'en a fait voir la fausseté. J'ose dire, qu'on ne le fera jamais. Apol. P. II. p. 125.*

(\*\*) Multis haec verbis persequitur *in Apologia P. II. p. 128. 129.* quae tamen ut huc transcribamus, paginae angustia haud patitur.

(\*\*\*) *Vid. Apol. P. II. p. 134. usque ad p. 144.*



confessionibus tradantur, tam arcte cum essentia doctrinarum connexa esse, quin repudiatis earum consequutionibus atque explicationibus, ipsa tamen dogmata inconcussa perseverare possint. Quod si ergo vel maxime tritam ipse interdum viam deserere videatur, non tamen scita sua illis, quae essentiam doctrinae conficiunt, annumeranda, aut pro noxiis confestim habenda esse, contra S. Scripturae effatis ea munita esse & ideo magnam prae se ferre veri speciem. Flectere sese hac ratione Systematis auctor suos hostes posse crediderat; at spes tamen omnis eum fallebat atque expectatio. Conscriptus Campam mense Maio anni 1730. ecclesiarum Wallo-nicarum conventus erat, in qua quum facta novi huius Systematis esset mentio, ut verus epistolae illius auctor detegeretur, omnique severitate in illum animadverteretur, non quidem Hagienfes (\*\*), illi, sed Amstelodamensis, Gudensis, atque Leowardenfis ecclesiae praesules expetebant magnopere. Satisfaciebant voto patres ibidem conscripti, adeo, ut laudatis egregie tam ceterorum quam praecipue CHAPPELLII laboribus, libellum aequae atque ignotum eius parentem condemnare & acerba sententia con-

---

(\*\*) Certos hac de re nos fecit articulus XLV. decretorum Campensis Synodi, quem suae PAVLVS MATY contra eandem protestationem praefixit, ubi haec verba leguntur: *Les eglises d'Amsterdam, de Leeuwarde, & de Gouda ont représenté à la compagnie, par instruction, qu'ayant lû une Lettre d'un Theologien, à un autre Theologien, sur le mystere de la Trinité, elles n'avoient pu se dispenser de faire sentir à cette assemblée l'indignation, qu'avoit fait naître en elles un Systeme aussi erroné qu'est celui, que la lettre renferme.* Quod tamen Hagienfis ecclesiae silentium ridet anonymus auctor Libelli, cui index est: *Reflexions en forme des Lettres adressées au prochain Synode, qui doit s'assembler à la Haye p. 15. sq.* qui ut mansuetudinem Hagienfes adfectarent, filuisse perhibet.



configere non dubitarent. (\*) Graviter ceterum afflictos se fuisse testantur Patres, quod in ipso ecclesiae suae finu PAVLVS MATY tantis erroribus favere, tamque acriter illorum patrociniū suscipere non erubuerit. Quare elapsis quatuor mensibus in Synodo Hagae Comitum celebranda eum comparere, (\*\*) causamque dicere iubent, vetant etiam, ne ipsorum se potestati subtrahere audeat. Quo de decreto ut certiozem eum faceret, ecclesiae Hagienfi demandabatur.

§. V.

Sed ne sic quidem ille perterritus, irritam hanc in ius vocationem esse, factamque libelli atque auctoris damnationem nullo modo aequitati convenire tuebatur. Quapropter missa in lucem adversus acta Campensis Synodi

E 2

node

(\*) *La Compagnie, inquit patres hanc ad Synodum conscripti l. c. desavoué unanimement & cet ouvrage & son auteur. Elle les condamne l'un & l'autre ; & si quelque chose est capable d'adoucir l'amertume, que lui cause cette indigne production, c'est la joye, qu'elle a de voir, que tous ceux, qui composent cette assemblée, sont également opposez à ce Systeme. Elle se rejouit en particulier d'avoir trouvé en la personne de N. T. C. F. M<sup>r</sup>. Armand de la Chapelle, Pasteur de l'Eglise à la Haye, un fidele défenseur de la verité, qui dans la réponse, qu'il a opposée à cette Lettre, en a solidement refutées les erreurs & a fait paroître un zele soutenu d'une erudition profonde. Elle le remercie de la maniere la plus forte de la peine, qu'il s'est donnée dans cet ouvrage, & prie Dieu, qu'il continuë à benir ses travaux.*

(\*\*) *Vid. artic. XLVI. decretorum Synodi Campensis, ubi haec verba extant: Cette conduite irreguliere de M<sup>r</sup>. Maty jointe a ce qu'il y a dangereux dans les sentimens qu'il adopte, oblige la Compagnie à le citer a comparoitre devant elle dans le Synode du mois de Septembre prochain. L'Eglise de la Haye, qui paroît avoir agi dans cette affaire avec autant de charité, que de prudence, & dont la conduite est approuvée a tous egards, est chargée de faire notifier cette citation a M<sup>r</sup>. Maty.*



nodi schedula, cui index est : *Protestation du Sr. Paul Marty contre ce qui s'est passé dans le Synode Wallon, assemblée à Campen en Mai 1730. sur le sujet de la Lettre d'un Theologien à un autre Theologien &c.* compariturum se coram iudicio, quaeque contra doctrinam suam decernantur, ceu iusta ratione fancita, agniturum esse negabat. Etenim quum deposito officio sibi demandato, Belgium se cum Anglia commutaturum, Anglicaeque ecclesiae nomen daturum declaraverit, iniquius certe nihil cogitari posse, quam si hominem quasi peregrinum, nec amplius ditioni Synodi subiectum legibus Belgicis subiicere & poena afficere auderent. (\*) Sane omnibus liberum esse, ut si forte ecclesiasticae cuidam societati diutius adscripti esse nolint, impune eandem deserere, aliamque quam magis probent, ingredi queant. De ipso libello, eiusque auctore, quem nunc aperte se profitetur esse, non meliori iure iudicatum esse contendit: Etenim, examine neglecto, praecipiti animo sententiam esse latam, iudicesque indictaque causa falsis criminationibus innixos, nimioque affectuum aestu abreptos, reum auctorem pronuntiasse. Scire eos Belgicarum ecclesiarum leges (\*\*\*) oportuisse, quibus causae gravioris momenti ceterarum antea ecclesiarum examini submitti iubeantur, quam de illis pronuntietur. Minus itaque viros decuisse tam graves, sanctionem hanc saepius renovatam temere violare, ita ut legi-

(\*) Vehementer hac de re conqueritur in *protestatione sua p. 4. sqq.*

(\*\*) Citat hancce Legem in *protestatione p. 6.* quae teste illo ita sese habet in *Recueil des reglemens du Synode Wallon Liv. I. Art. III. Dans les affaires extraordinaires, qui regardent le bien de toutes les eglises, les Synodes tant Flamands, que Wallons peuvent tenir correspondance ensemble par des Deputez extraordinaires, en vertu des arretes de plusieurs Synodes Nationaux, & particulièrement de celui de Dordrecht de l'an. 1618.*

legitimam in ipsa Synodo libelli explorationem (\*) omitterent, e contrario paucarum ecclesiarum iudicio freti, fervido impetu doctrinam non satis sibi cognitam proscriberent. Iusti iudicis haud esse, inaudita parte altera, sententiam dicere aliorumque unice calumniis fidem habere. Latuisse quidem hactenus verum libelli auctorem, expectari tamen uberiores, (\*\*) quam promiserit, doctrinae eius explicationem, quare intempestive condemnationem accelerari haud debuisse. Itaque, iniuste semet damnatum, foedissimaque haeresium variarum macula inique adpersum esse. Nec id tamen mirari quinquam magnopere oportere, quum, probata plane ab illis CHAPPELLII confutatione, fieri aliter non potuerit, (\*\*\*) quin iudices, non ut arbitri vel amici, sed ut hostes, & iniusti oppressores agerent. Ex his effici, vanam prorsus Synodi sententiam, (\*\*\*\*) & ab omni iure alienam. Licuisse quidem sibi per Dordracenae (\*\*\*\*\*) Synodi

E 3

Leges

(\*) *Le Livre condamné, inquit MATY, n'a été examiné, ni par le Synode en corps, ni par des Commissaires nommez par le Synode. S'il l'eut été de quelqu'une de ces deux manières, l'article du Synode n'auroit pas manqué d'en faire mention. Il n'y paroît, que trois eglises, qui denoncent, ou plutôt qui accusent un livre comme renfermant d'horribles heresies. Ces eglises ne demandent pas, que l'on examine, mais que l'on condamne & le livre & l'auteur du livre. Vid. Protestation p. 7.*

(\*\*) *Vid. Protestation p. 8.*

(\*\*\*) *Satis hac de re conqueritur auctor l. c. p. 14. sqq.*

(\*\*\*\*) *Je suis en droit, inquit, de tenir cette condamnation pour nulle & de citer tous ceux, qui l'ont appuyée de leur suffrages devant le tribunal de Dieu, pour rendre compte de cette conduite. L. c. p. 13. Id quod etiam repetit p. 19.*

(\*\*\*\*\*) *Si je n'étois pas, inquit auctor, hors de leur jurisdiction par le parti, que j'ai pris, je me servirois du droit, que me donne la discipline du Synode de Dordrecht. J'appellerois de ce Synode a un Synode National de toutes les eglises reformées des provinces unies. Mais*



leges, ad generale omnium Belgii confoederati ecclesiarum concilium appellare. Sed malle se hoc negotio superfedere, eo quod ecclesiae Belgicae valedixisset, seque ad Anglicanam conferre constituisset. Quod reliquum est, afflicto sibi unicum hoc superesse solamen concludit, quod, quum ceteroquin falsis accusationibus nimis imprudentes aures praebuerint iudices, ea tamen, quae de vanis Hagiensium sacerdotum actionibus sacramenti fide in *Apologia* scripsisset, falsitatis arguere, atque periurii crimine onerare haud ausi essent. (\*) Sic enim existimat, si mendacem aliqua ex parte se reperissent Patres, silentio illud eos non praeterituros, nec ab infamiae nota ipsi inurenda sibi temperaturos fuisse. Triumphare igitur de hostibus suam innocentiam, neque amplius, quicquid etiam decernere, aut criminari pergant, se contra homines tam iniquos venturum esse. Cave vero existimes, solum Systematis auctorem de Campensi Synodo conquestum fuisse. Fuerunt & alii, quibus non levis iniustitiae exemplum praebuisse illa visa est. Ex his unum commemorabimus, qui libellum *Hagae Comitum* edidit, hoc indice insignitum: *Reflexions en forme de lettre, adressée au prochain Synode, qui doit s'assembler à la Haye au mois de Septembre 1730. sur l'affaire de Msr. Saurin & sur celle de Msr. Maty par Msr. F. B. D. S. E. M. P. D. G.*

---

*Mais n'étant plus membre de ces églises, & ayant dessein de me ranger à la communion de l'église Anglicane, je me contente de déclarer, que des gens, qui se sont écartez d'une telle manière des règles de la justice, sont incapables d'être Juges. l. c. p. 14.*

(\*) *Gloriatur hac de re l. c. p. 18. ubi ait: Il n'y a pas un seul mot (dans l'articles du Synode) qui temoigne ou qui fasse même soupçonner, que dans mon Apologie j'aye avancé quelque chose de faux au desavantage d'aucun de ces quatre Messieurs - - Si la compagnie eût crû me pouvoir convaincre d'être un Calumnieur & un pariure, sans doute elle ne m'auroit pas épargné.*

P. D. G. Ex hoc opusculo, missis, quae ad tuendam SAV-  
RINI causam passim dicta sunt, ea tantum attingemus,  
quae PAVLO MATY patrocinium afferre videntur. Au-  
ctor doctrinam (\*) Matyanam resque eius caussa ge-  
stas probe distinguendas esse, tradit: illius enim pra-  
vitatem his excusationem nullam afferre, aut quae ex in-  
tempestivo forsitan zelo profluxerint, tueri posse. Mi-  
rabile Hagiensis ecclesiae silentium (\*\*\*) esse, quae tametsi  
novus hicce error in eius sinu natus fuerit, non tamen  
ipsa rem ad Synodum deferre, sed aliis potius ecclesiis  
negotium committere voluerit. Ex hoc facto nihil li-  
quere, quam praeposteram quandam mansuetudinis ad-  
fectationem, ad fucum modo rei illinendum, omnisque  
iniquitatis crimen evitandum comparatam. Quod si enim,  
CHAPELLIVS quod velit, de fundamentali doctrina aga-  
tur, minime ecclesiam illam potuisse tacere. Esse qui ne-  
cessarium omnino putent, ut auctor Systematis in lucem  
protrahatur. Credi vero vix posse, ideo hoc necessarium  
duci, ut libere causam ille suam agere possit: velle poti-  
us hoc genus praesentem causa indicta condemnare,  
omniumque in conspectu anathemate ferire. Recte ita-  
que fecisse MATYVM, quod spreto Synodi mandato  
comparere recusaverit. Suafor hinc Synodo Hagiensi  
est, auctorque, ne iniquum vexandi dissentientes morem  
Campensis concilii imitetur atque hoc modo adversus  
femet-

(\*) Vid. p. 26. sqq.

(\*\*) Multis rem verbis Hagiensi ecclesiae exprobrat auctor anonymus  
p. 15. sqq. ubi inter alia inquit: *On en conclut, ou que le zele que les  
Pasteurs de l'eglise Wallonne à la Haye ont temoigné & temoignent  
pour l'ancien Systeme sur la Trinité, n'est qu'un zele postiche, ou  
que l'on fait jouer bien des ressorts pour faire agir d'autres eglises  
dans cette affaire, afin que celle de la Haye pût vanter a son aise sa  
moderation & sa tolerance.*



femetipsum arma Pontificiis suppeditet, verum expensis rite omnibus mansuetudini fraternoque amori obsequatur. Ceterum CHAPPELLII librum vel ea de causa suspectum videri, quoniam ne legitimo quidem (\*) modo prodiisse illum multi conquerantur. Postulasse nimirum leges ecclesiasticas, ut qui prelum adhuc expectant libri, ecclesiae *Ultraiectinae & Lugdunensis* examini subiicerentur. At auctorem, his legibus spretis, ab Amstelodamensi potius & Hagiensi ecclesia testimonium petiisse. Harum scilicet ecclesiarum favorem certius sibi promittere CHAPPELLIVM potuisse, cuius liber amicorum forte praesidio indiguerit. Ast hoc quidem modo, quemvis librum, dummodo amicorum disquisitioni subiiciatur, adprobari atque pro egregio venditari posse.

§. VI.

Inter haec congregabatur nova illa Hagae Comitum Synodus, quam libelli, quem modo attigimus, auctor compellaverat. Constabat iam, Systematis auctorem PAULVM MATY esse, (\*\*) eundemque pertinaciter in sententia sua perseverare, spreta primae Synodi ad causam dicendam vocatione. Itaque reliquum nihil videbatur, quam ut confirmato prioris congregationis iudicio, (\*\*\*)  
hic

(\*) Quae satis fusa hac de re auctor ille anonymus differuit, nimis longa sunt, quam ut transcribenda huc videantur. Conferri tamen meretur *libellus* p. 17. sqq.

(\*\*) Ipsum iam sese Systematis parentem MATY vocaverat in *protestatione* contra Campensem Synodum p. 5. ut & p. 13. ubi aperte dicit: *Je suis cet auteur la*, scil. ille quem condemnaverant.

(\*\*\*) Communicavit nobiscum *Hagiensis Synodi* verba Clariss. BONVOVST in *Triomphe de la Verité & de la paix* p. 347. *Le Synode de la Haye*, inquit, *qui n'a pu prononcer, sans s'attendrir sur une personne, qui lui à été chere, ne l'a point fait non plus, sans former*  
des



hic conventus eum, quem prior obscure condemnauerat, apertius nunc, nomine addito, proscriberet. Idque factum est: Interdicebatur nimirum communione ecclesiae suae MATY, additis tamen precibus, ut per divini numinis gratiam ad sanitatem rediret & ad finem Belgicae ecclesiae reverteretur. Haec Synodi Hagiensis sententia ne iusto forsitan iniquior videretur, publico scripto eam tueri, consultum visum fuit. Imponi sibi has partes passus est IOH. LVDOV. BONVOVST, Ultraiectinae ecclesiae pastor, in libro, cui titulum praefixit: *Triomphe de la Verité & de la paix, ou reflexions sur ce qui s'est passé de plus important, dans le dernier Synode au sujet de Msr. Saurin & Maty. Traiecti 1730. in 8.* Maximam libri partem ea, quae ad excusandam Saurini damnationem adferuntur, conficiunt, in calce vero ea leguntur, quae omnem a damnatione Matyanae causae suspicionem amoliri existimat. Contrahemus in breve viri doctissimi iudicium. Quum tanta, inquit, sit Systematis illius foeditas, ut, praeter alios errores, divinitatem sospitatoris nostri tollat, (\*) immo, reclamante S. Scriptura, tres in Iesu Christo naturas statuat, fieri haud potuit, quin auctorem Collegae errores suos dimittere iusserint. Ipse ego nulli hac in re labori peperci, MATYVMQUE ipsum non modo monui, verum etiam per propinquum quendam moneri curavi. Recusantem vero, imo doctrinae

F

suae

*des vœux ardens, pour qu'il plaise à Dieu de le ramener de ses erreurs; & pour qu'il puisse avoir la consolation de luy rendre, & le caractère & la grace qu'un devoir indispensable l'oblige à lui interdire. Ce sont, addit, les termes de l'article XXVI du dit Synode.*

(\*) *Entre autres erreurs, inquit BONVOVSTIVS, il pose la possibilité de trois natures en I.C. depuis son Incarnation ce qui détruit l'idée, que l'écriture nous donne de ce dogme. D'ailleurs en admettant une création de deux êtres finis avant la création du monde, il nie, que le fils de Dieu soit éternel comme le père. l.c.p. 331.*



suae veritatem ceu divinam omnique dubio maiorem  
 iactitantem, emendare aliter fratres haud potuerunt, quam  
 ita, ut decernerent, audiendum ipsum esse ac erroris publi-  
 ce convincendum. Hoc consilium sprexit, immo omni  
 fratrum potestati sese subduxit: quo ipso quidem testatum  
 fecit, quidvis sese potius, quam sententiam suam, desere-  
 re velle. Atqui ecclesiarum eadem ratio est, quae socie-  
 tatum civilium, (\*) quarum qui temere leges violat, nul-  
 lis amplius illarum iuribus fruitur, nec pro membro ali-  
 quo deinceps reputari potest. Leges, quibus ecclesia  
 continetur, Confessiones sunt semel receptae; ideoque  
 si vel maxime dicat aliquis, illas S. Scripturae (\*\*) adver-  
 sari, fieri tamen non potest, ut salvo ecclesiae vinculo  
 vel latum unguem ab iisdem aliquis deflectat. Nec id  
 ipse MATY (\*\*\*) inficiatur; quare confitentem reum  
 habemus, eaque propter nullam is conquerendi causam  
 habuit. Dum nimirum salva perstat Symbolorum au-  
 thoritas, dum nulla legibus Reformatae ecclesiae vis in-  
 fertur, aperti earum violatores eliminandi, nec ni-  
 si ad frugem redierint, denuo recipiendi sunt. Haec  
 summa est eorum, quae BONVOVSTVS ad Synodorum  
 causam ornandam facere putavit. Nihil interim ille  
 magis se in votis habere asseverat, quam ut desiderio  
 Hagienfis Synodi MATYVS respondeat, menteque muta-

(\*) Vid. p. 343. sqq. l. c.

(\*\*) M<sup>r</sup>. MATY peut dire, inquit BONVOVST, que nos Confessions de foi ne sont par conformes a la parole de Dieu. Mais tant que l'eglise, qui les recoit, les y croira conformes, elle ne peut qu'agir conformement à cette croyance & regarder les sentimens de M<sup>r</sup>. Maty, comme y étant contraires. l. c. p. 345.

(\*\*\*) Doctrine de la Trinité éclaircie-Part. II. art. 13. p. 41. ubi inter alia dixit MATY, que l'eglise explique sa croyance par ses Confessions de foi. Addit vero BONVOVST: Dans ces paroles M<sup>r</sup>. Maty a tracé & prononcé sans y penser, sa propre sentence. Vid. l. c. p. 342.



mutata, ipsemet sententiam, quae lata adversus eum fuerat, tollendi futurae Synodo Ultraiectinae (\*) occasionem praebeat. Vanam vero mox huius voti vim CL. MATY efficebat; namque promissam doctrinae suae uberiores explicationem publicae nunc luci exponere adgrediebatur, ita inscriptam: *Doctrine de la Trinité éclaircie démontrée par l'écriture & défendu contre les Objections de Mr. de la Chapelle, & de quelques autres Theologiens, par Paul Maty. Imprimé pour l'auteur. 1730. in 8.* Prima operis huius parte illa comprehendit, de quibus eandem sibi cum orthodoxis sententiam esse, testatur: alteram explicandae divinarum personarum distinctioni aequae atque subordinationi consecravit; & in tertia denique fufius novum suum Systema declaraturum se esse, pollicetur. Haec vero tertia pars, nescimus quibus de causis, nondum vulgata est. Damnata in limine igitur primum assentiendi temere antiquis opinionibus consuetudine, non unam sibi rationem fuisse tradit, quare serio receptum de SS. Trinitate dogma examinandum sibi sumeret atque expendendum. Partim scilicet mysterii huius obscuritatem, quam omnes fateantur, partim vocabulorum philosophicorum, quibus illud explicari solet, ambiguitatem, partim denegatam semper in hac doctrina innovandi aliquid libertatem, partim neglectum a primis religionis instauratoribus doctrinae huius examen facile errori fores aperire, receptumque errorem corroborare potuisse. Tantum vero abesse, ut negligentius dogma istud habendum sit, ut potius, si vel levis modo in eodem error admittatur, iniurii in perfectissimum Numen simus, praecipuaque religionis nostrae capita in periculum vocari sinamus. Tutius ergo

F 2

nihil

---

(\*) In fine libelli sui p. 347.



nihil esse, quam consultis unice sacrarum paginarum verbis, naturalem illorum sensum amplecti, iisdemque rite sententiam suam superstruere. Se, quod & iam fecerit, hanc regulam semper secuturum, dicendaque ad S. Scripturae normam unice exacturum esse: Quo facto facile etiam ipsius doctrinam diiudicatum, quodque illi pretium debeatur, certo decretum iri. His praemissis, nonnullas CHAPPELLII accusationes, tam de agendi ratione, quam de phrasibus quibusdam auctoris conquesti, removet & ad probandam statim summi Numinis unitatem properat, adeo ut petitis partim ex ratione, partim ex Sacro Codice argumentis, Tritheitarum cohortem inique cum Scriptura S. agere, iustasque interpretandi regulas contemnere, contendat. Neque tamen filii atque Sancti Spiritus divinitatem negat, sed remota, quae in vocabulo DEI est, aequivocatione, utriusque divinam naturam pluribus argumentis stabilire allaborat, eandemque non secus ac patris divinitatem, infinite perfectam esse tradit. Fusius deinceps Incarnationis dogma persequitur, utpote quod basin Systematis sui atque fundamentum constituit: Et ita quidem, ut arctissimam duarum in Christo naturarum unionem inculcet, neutiquam vero alterius proprietatum alteram participem esse ex mente Reformatae ecclesiae asseveret. In altera operis sui parte a receptis Orthodoxorum longius recedit opinionibus. Namque personarum divinarum distinctionem non in ipsa Dei essentia contineri, verum tres numero pariter atque specie diversas esse personas statuit. Ex quo consequitur, ut salva tamen Dei unitate, aequalem illarum dignitatem negare, alteramque alteri subiicere cogatur. Brevioribus hoc in loco nobis esse liceat, utpote qui pluribus infra hisce de rebus acturi sumus. Reliquum itaque nihil

hil erat, quam ut iactis ita fundamentis, suam ipsius de SS. Trinitate mentem uberius declararet, quibusque illa rationibus innitatur, fusius exponeret. Frustra tamen promissum hoc laboris complementum hucusque expectavimus, nec quare illud contigerit, dicere nobis licet. Forte lex prudentiae & amicorum auctoritas tantum apud ipsum valuit, ut liti finem imponere mature vellet. Neque tamen silent adhuc adversarii eius. Nova enim non ita pridem Systematis eius exploratio Amstelodami prodiit, ita inscripta: *Exposition de la doctrine Orthodoxe sur le mystere de la Trinite, avec un court examen du nouveau Systeme de Msr. Maty in 8.* Professus libelli auctor nomen haud fuit, veruntamen acuminis laude commendandum eundem esse, nonnulli existimant. Quod quidem an ita sese habeat, quum inspicere librum nobis nondum contigerit, certo nobis statuere non licet.

CAPVT SECVNDVM.

DOCTRINAM PAVLI MATY DE SS. TRINITATE EXHIBENS.

§. I.

**Q**ui nova moliuntur, raro a culpandis, imo & deformandis receptis sententiis sibi temperant; forte quod putant veterum dogmatum infamiam suis opinionibus auctoritatis & ponderis aliquid addituram esse. Eandem viam Cl. MATYVS sequitur. Omnes nimirum dogmatis de SS. Trinitate traditas hucusque explicationes a Scriptura S. (\*) aberrare, nec iustis

F 3

inter-

---

(\*) Statim sub initium *epistolae Theologi ad Theologum*, haec verba legun-



interpretandi regulis adstrictas esse, confidenter tradit. Tot erroribus ansam praeuisse credit quatuor, quae in sacro Codice reperiuntur, locutionum genera, quibus nunc summi Numinis unitas, nunc trium personarum divinitas, nunc earundem distinctio, nunc subordinatio quaedam stabiliatur; Putasse Theologos haec loquendi genera naturali suo sensu sumpta pugnare inter se, ideoque alia quadam ratione ea exponere voluisse. Hac vero ratione factum esse, ut Scyllam evitaturi, in Charybdim inciderent, adeo ut a naturali (\*) dictorum sacrorum sensu deflectentes, vim verbis inferre, miserisque ea modis torquere, non dubitarent. Hoc ille vitium in recepta etiam SS. Trinitatis explicatione, quae in plebisque Christianorum coetibus viget, deprehendisse sibi visus est. Primum, quod divinarum personarum inaequalitatem orthodoxi repudiant, moleste fert, distinctionemque personarum in essentia divina, quam illi supeditent, omnem oraculorum sacrorum vim enervare

---

*leguntur: Tous les Systemes de la Trinité, qui ont paru jusqu'à present, se sont ecartez de l'écriture à l'égard de quelques points. La cause de cet ecart a été la même dans tous ceux, qui ont embrassé quelqu'un de ces Systemes differens. C'est qu'aucun n'a compris la maniere dont on pouvoit concilier quatre ordres de passages de l'écriture; ceux qui regardent l'unité de Dieu; ceux qui regardent la divinité du pere, du fils, & du St. Esprit, ceux qui regardent la distinction de ces trois personnes; enfin ceux qui regardent la subordination de l'une à l'autre.*

*(\*) Comme personne, pergit, de ma connoissance n'a cru, qu'il y eut moyen d'expliquer ces quatre ordres de passages selon leur sens propre & naturel sans mettre une partie de l'écriture en contradiction avec l'autre partie, cela a fait, que sous les pretexte commun d'expliquer l'écriture par l'écriture, chacun de ceux, qui ont embrassé quelqu'une de ces opinions opposées a donné un sens forcé aux passages de l'écriture, dont le sens naturel ne s'accordoit pas avec le Systeme de cette personne la.*



re, (\*) immo omnem prorsus distinctionem evertere conqueritur. Vnde & propius eosdem a Sabellianorum placitis abesse, imo eadem, qua Ariani atque Tritheitae, interpretatione uti, affirmare nullus dubitat. (\*\*)

§. II.

Solent nimirum per proprietates personales divinas inter se personas distinguere Orthodoxi; Ille vero haud aliam, quam modorum distinctionem, revera ab ipsis tradi, nec nisi unicum duntaxat in Trinitate substantiam admitti existimat. Quod ut probet, observari vult, praeter *substantias* atque *modos* (\*\*\*) cogitari absque repugnantia nihil posse; quod si igitur, teste S. Scriptura, & ipsis haud negantibus Orthodoxis, aliqua inter Trinitatis personas distinctio obtineat, eam vel substantiarum, vel modorum distinctionem esse oportere. Vtramque vero (\*\*\*\*) orthodoxos ferre nolle & omnem ideo distinctionis

(\*) Quant à la distinction des personnes, ait, bien qu'ils fassent profession de la reconnoître, ils l'aneantissent en effet aussi bien, que la subordination, en ne faisant consister cette distinction qu'en une distinction de proprieté ou de Modes, au lieu, que l'écriture nous propose ces trois personnes comme trois Êtres intelligens distincts & subordonnez l'un à l'autre, quoiqu'elle nous les représente aussi, comme étant un & égaux à certain égard. Vid. l.c. p. 6. sq.

(\*\*) Id quod ostendere satagit l.c. p. 8. lqq.

(\*\*\*) Ita enim diserte loquitur in *Doctrine de la Trinité éclaircie* P. II. p. 9. Il n'y a point d'être, connu ou inconnu, qui n'appartienne à l'une de ces deux Classes. L'être infini, qui est Dieu, n'en est pas même excepté. Tout ce qui n'est ni substance, ni Mode est quelque chose de contradictoire, & par conséquent, est un pur néant.

(\*\*\*\*) Les orthodoxes, inquit l.c. p. 25. rejettent la distinction de substance, c'est à dire celle, qui distingue une Substance d'une autre Substance, & un être intelligent d'un autre être intelligent: Ils rejettent une telle distinction, parcequ'ils se persuadent, qu'il est impossible de l'admettre sans tomber dans le Tritheisme & faire de ces trois



tionis ideam tollere. Vocabulum quidem *Consubstantialitatis* (\*) ad hoc dedecus tegendum adhiberi: sed id nihil prorsus ad hanc rem conducere, utpote quod, non quid personas Trinitatis a se invicem distinguat, indicare valeat, verum quid commune inter se habeant, eandem scilicet numero essentiam atque attributorum divinarum complexum, significet. Quae cum ita sint, alterutrum modo distinctionis, quas diximus, orthodoxis optionem superesse, praeterea nihil effingi posse. Substantiarum distinctioni subscribere, religioni semper sibi Orthodoxos duxisse, utpote Tritheismi ex praeiudicata opinione, suspicionem statim metuentes. Contra distinctioni, quae *modalis* dicitur, plerosque Orthodoxorum favere; nec sane, altera exclusa, fieri aliter licuisse. Certe praestantissimos huius familiae Theologos aperte illam docuisse asserit, quos inter (\*\*) CALVINUM, TURRETINUM, imo ipsum quoque ARM. DE LA CHAPELLE testatur. Addit, non defuisse ex Orthodoxorum coetu, quibus vel interiorum Modalis huius distinctionis naturam explicare placuerit, adeo ut cognitionem Dei de se ipso *filium*, amorem Dei erga seipsum *Spiritum Sanctum* esse pronuntiaverint, id quod praeter AVGVSTINUM, Scholasticorum cohortem, aliosque, Anglum quendam, STEPH. NYE,

---

*trois personnes trois Dieux distincts l'un de l'autre, ce qui seroit directement opposé à l'unité de Dieu, & à l'unité des trois personnes: Ils rejettent d'un commun accord une distinction des personnes pareille à celle, que l'on impute aux Sabelliens d'admettre.*

(\*) *J'avois crû, inquit MATY l. c. p. 21. que ce terme Consubstantiel exprimoit à la vérité ce que les trois personnes ont de commun, mais que par cela même il ne pouvoit pas nous apprendre ce qui les distingue, ni exclure aucune autre distinction que celle, que l'on pourroit fonder sur ce qui est commun aux trois personnes.*

(\*\*) *Vid. Doctrine de la Trinité éclaircie p. 28. sqq.*



NYE (\*) fecisse ostendit. Ne tamen soli singulorum auctoritati nimis confisus fuisse videretur, in publicis etiam fidei (\*\*) Confessionibus eandem deprehendi sententiam, iudicat, adeo ut nullum, ex eius sententia, superfit dubium, quin modali distinctioni calculum ecclesia orthodoxorum adiiciat, nec nisi unicam in Trinitate substantiam (\*\*\*) intelligentem, admittere cogatur. Tantum vero abesse, putat, ut hac ratione veritatem sequantur orthodoxi, ut longissime sacri Codicis ductum deseruerint. Huius enim qui rite sequi velit normam, eum non aliam, quam substantiarum (\*\*\*\*) distinctionem, probaturum, neque unicum in Trinitate, verum tria a se invicem distincta supposita, admissurum esse. Etenim alias quamlibet divinarum personarum ceu a ceteris diversam (\*) describi, alias omnes diversis relationibus a se invicem distingui, adeo ut modo patris & filii mentio fiat, modo altera Trinitatis persona Verbi, Sapientiae, Legati a patre, imo & servi Domini (\*\*) appellatione

G infi.

(\*) Cuius mentionem fecit Clariss. BERNARD in *Nouvelles de la republ. des lettres* 1701. mense Decemb. art. 2.

(\*\*) Quem in finem haecce verba Confessionis Belgii foederati allegavit: *Cependant une telle distinction ne fait pas, que dieu soit divisé en trois, d'autant que l'écriture nous enseigne que le Pere, le fils, & le St. Esprit ont un chacun sa substance distincte par ses propriétés.* Vid. *Doctr. de la Trin. éclaircie* P. II. p. 41.

(\*\*\*) Id quod multis verbis inde probare conatur, quia distinctio inter Substantias & Modos omne tertium excludat. l. c. p. 47. sqq.

(\*\*\*\*) *Si nous voulons nous attacher à suivre les idées, que l'écriture nous donne touchant ce qui distingue les trois personnes, nous nous convaincrions, qu'elle décide en faveur de la distinction des Substances, & qu'elle nous fait considérer ces trois personnes divines, comme trois êtres intelligens distincts l'un de l'autre.* Sunt verba auctoris l. c. p. 64.

(\*) v. c. Matth. XXVIII. 19. 1. Ioh. V. 7. Ioh. VIII. 16. 17. 18.

(\*\*) Ies. XLII. 1. LIII. 12. XLIX. 3. Ezech. XXXIV. 23. 24. Zach. III. 8.



insigniatur, modo Spiritus S. patris aequae ac filii Spiritus dicatur; alias easdem operationibus relativis insigniri, quorsum generatio (\*) filii ex patre & missio (\*\*) pertineat, nec non ab utroque facta missio (\*\*\*) Spiritus S. item quod dare omnia filio (\*\*\*\*) pater, filius accipere dicatur, ut & cum filius patrem (\*) rogare, pater filium (\*\*) exaudire, uterque vero se invicem (\*\*\*) cognoscere atque (\*\*\*\*) amare, filius patri (\*) obtemperare, a filio autem quaedam accipere (\*\*) Spiritus S. praedicetur. Quod si itaque ex recepto verborum usu metienda illorum potestas sit, salvaque sacrorum librorum perspicuitate, prorsus nova & haecenus inaudita (\*\*\*) eorum significatio effingi nequeat, certe pro substantiarum distinctione quin Sacer Codex militet, inficias neminem unum iturum esse. Nec enim adeo inficetum fore quemquam, ut, si de tribus sermo instituat hominibus diversis, nonnisi de uno variis modificationibus praedito sermonem hunc intelligendum esse, sibi persuadeat: nec usquam usitatum esse, ut numeri multiplicati (\*\*\*\*) diversas rerum spe-

(\*) Ps. II. 7.

(\*\*) Ioh. VIII. 42. XVII. 3.

(\*\*\*\*) Ioh. XIV. 26. XV. 26.

(\*\*\*\*) Matth. XI. 27. Ioh. V. 26. Ps. II. 8.

(\*) Ioh. XIV. 16.

(\*\*) Ioh. XI. 41. 42.

(\*\*\*\*) Matth. XI. 27.

(\*\*\*\*) Ioh. V. 20. Matth. III. 17.

(\*) Ioh. XV. 10. Phil. II. 8. Ps. XL. 9.

(\*\*) Ioh. XVI. 14.

(\*\*\*\*) *On n'est intelligible, inquit auctor, qu'en tant, que l'on suit l'usage. Posons le cas, que l'écriture fût écrite dans un langage tout nouveau & inusité; ou qu'elle fût composée de termes usitez à la vérité, c'est à dire, qui fussent les memes, que ceux, dont nous nous servons dans nos discours ordinaires, mais pris dans un sens tout nouveau & entièrement inusité; La Bible en ce cas seroit elle pour nous un Livre intelligible? Vid. Doctr. de la Trin. ecl. P. II. p. 73.*

(\*\*\*\*) *Selon les loix invariables de l'usage qui s'est observé de tout tems*  
*Et en*



species simul indicent, adeo ut ternarius numerus primo substantiam, deinde duas simul eiusdem proprietates significare possit? Insipientes etiam illos fore, qui relationes supradictas (\*) unico duntaxat subiecto competere existiment. Quis enim unquam unam eandemque personam simul patrem & filium esse somniavit? Quis missi atque mittentis, Domini atque Servi, quis iubentis atque obedientis, dantis & accipientis actum in eodem subiecto quaerentem toleraverit? Hinc perspicue sacras paginas hanc distinctionem explicuisse, autumat, ut qui agnoscere illam recusaverit, eum vel caecutire, vel contumaciter satis oculos claudere oporteat. Qualibuscumque igitur se orthodoxi armis tueantur, certe ficulnea illa esse, nec quominus firmo haec veritas talo perstet, impedire. Praecipuum argumentum quod inde petere soleant, quia explicanda iuxta fidei analogiam dicta Scripturae sint, (\*\*) hinc per se cadere: Nam si eiusmodi excogitari queat interpretatio, quae, salva Dei unitate, tres tamen distinctas Trinitatis personas offerat, certe a perspicuis Scripturae S. effatis haud deflectendum, nec coactis explicationibus locum concedendum esse. Cui & hoc jaccadat, quod, si dicta, quae repugnare sibi

G 2

viden-

---

*Et en tout lieu, les nombres deux, trois, quatre &c. multiplient la Substance, à la quelle ils sont attachez. - - - Quand on applique ces noms de nombre à des sujets modifiez, je veux dire à des Substances, que l'on suppose, qui ont divers modes, il n'est pas essentiel à ces noms de nombre de multiplier les modes, ou les proprieté du sujet modifié, mais il est essentiel selon l'usage, que ces noms de nombre multiplient la substance de ce sujet. *ibid.* p. 76.*

(\*) Jamais, inquit, l'usage n'a présenté à notre esprit de telles relations, qu'il ne nous ait présenté en même tems des etres intelligens distincts, entre les quelles ces relations ont eu lieu. *ibid.* p. 78.

(\*\*) Multis hoc probare argumentis annitur auctor in *Doctr. de la Trin. éclaircie* P. II. p. 85. sqq.



videntur, aequae sint perspicua, nullo prorsus iure illam interpretationis regulam adhibere, (\*) sed, cohibito tantisper iudicio & assensu, ulteriori potius examini rem subiicere, deque aptiori conciliationis medio interpretem dispicere oporteat. Hoc officium orthodoxos neglexisse, ideoque pari cum Tritheitis atque (\*\*\*) Arianis passu ambulare, qui in eadem interpretandi regula firmissimum causae suae praesidium quaerere soleant. Ut adeo, si respondere hisce conentur familiis orthodoxi, vel causa cadere, vel commune omnibus ius solis sibi non sine iniquitate vindicare cogantur. Nec feliciorem sane cum Sabellii sectatoribus disputationem fore: quos si debellare adgrediantur orthodoxi, futurum esse, ut aut  
pro-

- (\*) *Je dis, inquit, qu'il peut quelquefois nous sembler, qu'un passage est opposé a un autre passage, encore que ces deux passages soient en effet parfaitement d'accord. - - - L'on pourra demander, quel parti doit prendre un Interpreté de l'écriture, quand il se trouve engagé dans un embarras de cette nature. Je repons, que je ne connois qu'un seul parti à prendre, qui soit sûr. C'est celui de suspendre son jugement par rapport au sens de l'un & de l'autre des deux passages, que l'on ne peut pas concilier: ou, tout au moins, par rapport au sens de l'un, quand il y a plusieurs raisons convaincantes, qui l'empêchent de douter du sens de l'autre. ibid. p. 108. sq.*
- (\*\*\*) *Les Orthodoxes, inquit, sont précisément dans les memes termes, que les Tritheites, & les Ariens. Les partisans de ces deux sectes, se fondant sur la même maxime que les orthodoxes: Qu'il faut expliquer l'écriture par l'écriture, donnent à certains passages une explication forcée pour accorder ces passages avec d'autres. - - - Si ces trois antagonistes, l'orthodoxe, le Tritheite & l'Arien entroient en dispute chacun pour soutenir ses opinions contre celles des autres, leur différent se reduiroit a cette question. Quel d'entre eux est celui, qui donne une explication moins forcée aux passages, que ses deux parties lui opposent? Je ne sai pas comment une telle question peut être décidée. Vid. la Lettre d'un Theol. p. 8. 9. Vberius hanc rem persequitur in Doctr. de la Trin. éclaircie P. II. p. 112. sqq.*



propriis sese armis feriant, aut eandem denique cum illis sententiam amplectantur. Et magnam omnino Systematis Sabelliani & Orthodoxi (\*) convenientiam esse.

## §. III.

Nondum criminationum finis est. Pergit MATYVS, queriturque, orthodoxos divinarum personarum inaequalitatem reiiciendo, sacrarum paginarum vestigia deseruisse. Postulasse quidem videt negatam in Trinitate substantiarum distinctionem, ut earundem quoque subordinationem negarent. Eadem enim substantia semet ipsa inferior esse nequit. Quumque filius nondum incarnatus & Spiritus S. divinam tantum naturam habere credantur, fieri nullo modo potest, ut altera (\*\*\*) divinitas alteri subiiciatur? Ipse vero rem aliter explicandam esse ducit, & hoc quidem modo. Genitum a patre filium esse, ab utroque Spiritum S. procedere, extra controversiam positum est. Vel solae vero horum vocabulorum notiones, (\*\*\*) quomocunque

G 3

con-

(\*) La difference, qu'il y a entr' eux & les Sabelliens lesquels ils condamnent comme des heretiques, est une difference si mince, qu'il est bien difficile de dire, en quoi elle consiste, si ce n'est pas dans la maniere de s'exprimer. Vid. la Lettre d'un Theol. p. 9. & conf. Doctrin. de la Trin. ecl. P. II. p. 138. sqq.

(\*\*) Ils (les Orthodoxes) nient absolument, inquit, cette subordination & cette dependance, & ils ne peuvent pas selon leur Systeme se dispenser de la nier; puisqu'ils ne reconnoissent dans la personne du fils (considerée avant son incarnation) non plus que dans la personne du St. Esprit, rien que la Divinité toute pure, avec laquelle toute espece de dependance & de subordination est absolument incompatible. Vid. la Lettre d'un Theol. p. 12.

(\*\*\*) Quelque idée, inquit, qu'on se forme de ces deux expressions, elles marquent, que le fils & le St. Esprit ont reçu quelque chose du pere. Or avoir reçu de quelqu'un sa subsistance, & subsister dependamment



conciplantur, inaequalitatem indicant. Sive enim de essentiae sive de subsistentiae communicatione intelligantur, hoc certum utrinque manet, datum a patre aliquid filio & Spiritui S. fuisse. Qui vero alii vel existentiam vel essentiam suam acceptam refert, is, certo modo, illi subiectus sit necesse est. Hoc si negatur, cassa mente vocabula sacri scriptores fuderunt : immo ne res quidem creatas ex Deo pendere, probari potest. Nec tamen illi audiendi sunt, qui non imperfectione solum carere, verum etiam omnis perfectionis (\*) fontem hanc dependentiam esse sibi persuaserint. Quod si enim ceterae omnes in naturis ex alia dependentibus adsint perfectiones, hanc tamen deesse illis, quod non propria potestate, sed aliunde accepta fruuntur. Equidem divinitatis nomen omnes omnino perfectiones complectitur : haud tamen eapropter adeo perspicuis S. Scripturae dictis refragandum est. Tametsi enim generatus filius, procedens Spiritus S. dicatur, nusquam tamen scriptum extat, ad divinam naturam haec pertinere, aut eos (\*\*\*) quatenus divina natura gaudent, vel genera-

---

*ment de quelqu'un ont passé jusqu'à présent pour des expressions synonymes ; de même qu'on a crû se bien exprimer, en disant, que quand on a reçu, quelque chose de quelqu'un, on possède cette chose dépendamment de celui, de qui l'on a reçu. Vid. ibid. p. 13.*

(\*) *Lorsqu'on met toutes les perfections au catalogue de celles, qu'on a reçues, on ne doit pas exclure de ce catalogue une perfection tout au moins, qui est celle, de posséder toutes les autres perfections sans que quelque autre personne les ait communiquées à celle qui les a, & de les posséder de telle manière, qu'on les ait tirées pour ainsi dire de son propre fonds. Vid. Doctr. de la Trin. ecl. p. 209.*

(\*\*) *L'écriture nous dit simplement, que le fils a été engendré du père, sans nous dire, qu'il a été engendré tant que Dieu ou par rapport à sa Divinité. - - - Elle nous laisse la liberté de juger selon nos lumières (c'est à dire conformément aux idées que la Nature & la*

nerari vel procedere posse. Libertatem potius cuiuslibet S. Scriptura iudicandi reliquit, utrum de natura utriusque divina hi actus intelligendi, an potius adiunctae cuidam illis naturae tribuendi sint. Et haec quidem sententia posterior, nisi iniuriam Numini perfectissimo inferre, & divinos simul scriptores obscuritatis arguere velimus, tuenda novis omnino & amplectenda est. Haec omnia ex sententia Cl. MATY disseruimus. Putat is praeterea, non solum hanc ipsam subordinationem Scripturam S. inculcasse, verum etiam confectaria prono inde alveo fluentia nobiscum communicasse. Factum enim idcirco esse, ut omnia bona, gloriaque, quam filius possidet, unice patris donum disertissime dicantur: (\*) Filium etiam Spiritumque S. imperium patris agnoscere faterique, sese ut imperata facerent, (\*\*) missos esse, quo nihil clarius ad indicandam naturae disparitatem dici queat. Ipsum enim servatorem tradidisse, servo (\*\*\*) dominum maiorem esse. Id ipsum actiones tam filii, quam Spiritus S. confirmare. Tantum enim abesse, ut actionum suarum gloriam vel praestiti sibi cultus honorem sibi solis vindicent, ut omnia potius ad glorificandam Dei patris maiestatem spectare,

---

*la revelation nous ont données de la Divinité) si ce qu'elle propose à notre foi au sujet du fils & du St. Esprit, quand elle attribue la generation passive à l'un & la procession à l'autre, peut & doit s'entendre à l'égard de la nature divine du fils & du St. Esprit, ou s'il faut l'entendre à l'égard de quelque autre nature à la quelle le fils & le St. Esprit peuvent participer conjointement avec la nature divine. Vid. Doctrin. de la Trin. P. II. p. 211. sq.*

- (\*) v. c. Pf. II. Philipp. II. 9. Coloff. I. 19. Pf. VIII. CX. 1. Cor. XV. 27. Heb. V. 4. 5. Matth. XXVIII. 18. Ioh. V. 19. 26.  
 (\*\*) Ioh. XIV. 28. XX. 17. Ief. XLII. 1. Zach. III. 8. Ief. LIII. 11. Ioh. XIV. 26. VI. 38. IV. 34. Ief. XLIX. 5. Ioh. XVII. 4. Ioh. III. 16. Luc. XI. 13.  
 (\*\*\*) Ioh. XIII. 16.



ctare, nec suo, (\*) sed patris honori se consulere, passim confiteantur. Nonne vero ille, cuius gratia ceteri labores suscipiunt, maior ipsis aestimandus est? Nonne eum, cui omnis gloria debetur, maiori perfectione frui oportet? Quae patrem inter & filium atque Spiritum S. inaequalitas intercedit, eadem, ex mente viri doctissimi, inter filium quoque ac Spiritum S. versatur. Mitti a filio Spiritum S. atque procedere passim Sacer (\*\*). Codex ait: processionis vero atque missionis idea non potest non dependentiam involvere. Ergo clarius nihil est, ut ipse sibi persuadet, quam filio Spiritum S. aequalem haud esse. Huc accedit, quod non sua, sed quae a filio acceperit nuntiaturus, nec suam, sed filii gloriam quaesiturus Spiritus S. dicitur. Ex his concludit, Sacrum Codicem ab Orthodoxorum partibus haud stare. Quantumvis enim omnia haecce dicta humanam Christi naturam respicere sibi persuadeant, quam Deo inferiorem esse, nemo unus negaverit, parum tamen hanc explicandi (\*\*\*) rationem ipsis prodesse, nec argumentis modo dictis vim suam eripere, putat. Nam si ad rite instituendam eiusmodi dictorum interpretationem natura quaedam finita requiritur, quid est, quaerit, quare cum dictis antiqui foederis non eadem ratione agendum existiment? Angelum nimirum seu legatum Dei passim in V. T. filium Dei vocatum esse, constat: iuxta eandem igitur regulam iam ante incarnationem finita quadam natura instructus fuisse videri debet. (\*\*\*\*) Interim tamen nec loca

(\*) Ioh. VII. 18. I. Cor. III. 22. Phil. II. 9. II. I. Cor. XV. 27.

(\*\*) Ioh. XVI. 7. Act. II. 33. Prov. I. 23. Ioh. XVI. 13. 14.

(\*\*\*) *Je trouve donc que les Orthodoxes auroient bien fait, ou de ne pas produire cette reponse, ou de l'etendre aussi loin, qu'elle pouvoit, s'etendre. S'ils eussent pris ce parti, ils seroient necessairement tombez dans notre Systeme. Vid. Doctr. de la Trin. ecl. P. II. p. 264.*

(\*\*\*\*) Conf. l. c. p. 247.

ca illa N. T. solam Christi humanitatem respicere arbitratur, sed ut filium Dei eundem describere, adeo ut non quatenus homo, verum quatenus a Deo genitus sit, Patre inferior dicatur. (\*) Vnde efficitur, ex eius sententia, quum ante Incarnationem quoque filii Dei characterem CHRISTVS habuerit, ut eodem quoque tempore finita quadam natura circumdatus fuerit. Multo autem magis hoc de Spiritu S. utpote filio longe inferiori verum esse iudicat: nec idcirco quae (\*\*) Orthodoxi de *Ordinis* quadam *prioritate* dicant, ferri posse. Etenim eiusmodi praeeminentiam ne cogitari quidem posse, quin simul differentia quaedam realis concipi debeat, & qui rite sacra effata pensitaverit, eum certe maiorem, quam

H  
ordi-

(\*) Si l'on fait attention, inquit MATY, aux endroits du N. T. ou le fils est représenté comme inférieur au pere, on s'appercevra, que ce n'est pas proprement sur la qualité d'homme que l'Écriture fonde cette inferiorité du fils, mais que c'est sur la qualité même du fils - - - Il tire de là ces deux conséquences, l'une que puisque I. C. est représenté comme inférieur au pere en qualité de fils il a aussi en qualité de fils une nature finie & dependente. Et puisqu'il a eu cette qualité de fils avant son Incarnation aussi bien qu'après, il a eu aussi avant son Incarnation aussi bien qu'après une Nature finie & dependante. L'autre que puisqu'il n'est jamais dit, ni jamais insinué sous quelque egard que ce puisse être, que le St. Esprit est plus grand que le fils, comme cela est dit du pere, mais qu'au contraire toutes les fois, que le St. Esprit est mis en comparaison avec le fils, il est toujours représenté comme inférieur au fils, il faut, qu'il y ait dans le St. Esprit, aussi bien que dans le fils, outre la Divinité une nature finie. Et l'on doit juger, que c'est à l'égard de cette Nature finie de l'un & de l'autre, que le fils & le St. Esprit sont comparez ensemble. *ibid.* p. 249.

(\*\*) Cette priorité, inquit, ne laisseroit pas de renfermer quelque espece de subordination dans son idée. Or le moindre degré de subordination, la plus legere prerogative, dont une personne peut être destituée, suppose de l'imperfection dans cette personne là, & prouve qu'il y a en elle une nature finie. *ibid.* p. 252.

ordinis tantum prioritatem in illis deprehensurum esse. Frustra etiam orthodoxos *oeconomiam* suam in subsidium advocare, id est, non iussu & imperio, sed mutuo potius consensu atque voluntate munus suum obiisse filium atque Spiritum S. contendere. Neque enim (\*) *consensus* vocabulo ullam ex mente Systematis orthodoxi ideam subesse; nam consensum seu pactum plurium, quum nonnisi unica intelligens substantia admittitur, plane tolli, neque si vel maxime consensus quidam concipi queat, hoc modo rem confici posse. Nam, qui in dependentiam consenserint, re ipsa tamen dependere, & ad tempus alteri se subiicere, seu obedientiam spondere. Immutabilem vero divinitatis essentiam omnem subditi conditionem respuere; Aut igitur filium atque Spiritum S. divinitatem exuisse, aut ne per consensum quidem patri se subiicere potuisse. Ex his omnibus consequi putat, si fortioribus orthodoxi argumentis haud fulcian- tur, inconcussam personarum Trinitatis subordinationem perfituram, omnique prorsus impetu maiorem existimandam esse.

## §. IV.

His ita expositis, ipsum iam sese veritatis instauratorem sistit, eundemque talem, qui non morbos solum detegere, verum & medicinam illis adferre noverit. De concilian-

---

(\*) Je ne leur demanderai pas, ait, ce qu'ils peuvent appeller consentement entre trois personnes, qui selon eux ne sont qu'un seul & même être qui pense. Les orthodoxes ne sauroient m'expliquer leur pensée, car je suis persuadé, qu'ils ne l'entendent pas eux mêmes. Mais tenons nous à l'idée, que leurs expressions nous donnent. Je dis donc, que consentir à dépendre, c'est toujours dépendre, de la même manière qu'un peuple se rend dépendant de celui, qu'il élit volontairement pour son Roy. Et dépendre pendant un tems, c'est aussi dépendre. Vid. la Lettre d'un Theol. p. 14.

liandis inter se quatuor dictorum sacrorum generibus agitur. Hanc conciliationem a Deo sibi quodammodo patefactam esse gloriatur. (\*) Qua occasione in Systematis sui laudes copiose excurrit; in quo quidem nec veram, nec apparentem, (\*\*) repugnantiam deprehendi, quod neque cognitio ex ratione veritatibus adversari, neque vocabula sensu vacua offerre, quod denique facili ratione S.Scripturam explicare, immo certissimis paginarum sacrarum oraculis inniti, nilque minus, quam exuberantis ingenii foetum esse, tam confidenter confirmat, ut (\*\*\*) Geometrarum more sese hoc probaturum esse, polliceatur. Multa etiam de fructu & utilitate Systematis sui

H 2

diffe-

(\*) *Le moyen, ait, de n'être ni Tritheite, ni Arien, à moins que de devenir Sabellien, ou de prendre le parti que les Orthodoxes ont embrassé? Voila la difficulté, & je crois pouvoir dire hardiment, fondé sur l'evidence, que Dieu m'a fait la grace d'en trouver la vraie & unique solution. Il m'est venu dans la pensée, que l'on peut concilier fort bien ces quatre ordres de passages les uns avec les autres sans donner à aucun d'eux une explication forcée & en les entendant naturellement; comme aussi sans dire rien, qui ne puisse être entendu, & sans faire passer des expressions inintelligibles à la faveur de l'incompréhensibilité du mystere. ibid. p. 15.*

(\*\*) *Ce Systeme, magna inquit cum confidentia, n'a rien de contradictoire ni de fait, ni en apparence. Il ne contient rien d'opposé à quelqu'une de nos lumieres naturelles. Il ne renferme rien d'inintelligible. Il ne donne à aucun passage de l'Ecriture un sens forcé. ibid. p. 18.*

(\*\*\*) *Ce qu'il y a de particulier dans mon Systeme, ait MATY, semble peutetre, a la premiere vûe, appuyé sur des suppositions arbitraires, tirées de mon cerveau, & qui n'ont aucun fondement dans la revelation. Je me crois, au contraire, en etat de prouver par des demonstrations aussi evidentes, que des demonstrations Mathematiques puissent être, que tous les articles, qui composent mon Systeme, sont fondez sur l'autorité de l'écriture. Vid. la Lettre d'un Theol. p. 17. sq.*



differit. (\*) Facilius credit religionis Christianae hostes nomen illi daturus esse, si non adeo a ratione illam abhorrere, verum amice omnes eius partes inter se conspirare viderint. Neque etiam diutius tantam in ipsis ecclesiae visceribus discordiam saevituram esse, quippe quam, quum ex vanis tantum persuasionibus nata sit, citra laborem nunc consopire liceat. Fieri non posse, ut inter se dicta sacra de tribus in Deo personis concilientur, multos existimasse: hinc illos aberrandi occasionem cepisse: hanc calamitatem sublaturum iri, simulatque intellexerint, sententiae suae auxilio egregie coagmentari posse oracula sacra. Plura etiam pollicetur. Pontificiorum transubstantiationem plane interentum & omni praesidio nudatum iri, postquam relegatae ex Trinitatis dogmate contradictiones hoc modo fuerint. Reliqua, aequae gloriosa & magnifica, quum ad institutum nostrum parum faciant, praeteribimus. Ad rem potius accedemus.

§. V.

Clavem totius aenigmatis receptum de Incarnatione (\*\*) Iesu Christi dogma suppeditare affirmat, eodem sensu acceptum, quo ab Orthodoxis vulgo explicari credique solet. Quemadmodum enim duarum, (\*\*\*) quae  
in

---

(\*) Omnia haecce Systematis sui emolumenta fusius l. c. p. 33. sqq. enarrat, quam ut huc transferbere verba illius paginae permittat angustia.

(\*\*) *La doctrine de l' Incarnation de Jesus Christ, inquit, doctrine que je reçois avec une persuasion entiere, comme elle est reçue & enseignée parmi les Orthodoxes, me fournit la clé & le denouement de tout l' enigme. Vid. la Lettre d' un Theol. p. 15.*

(\*\*\*) *Selon les Orthodoxes l' union des deux natures en I.C. sert à concilier divers passages de l' Ecriture, qui parlent de lui d' une maniere contradictoire, à ce qu'il paroît, le faisant tantôt egal, tantôt inégal*

in Christo sunt, naturarum unio redigendis in concordiam N. T. oraculis inserviat, in quibus CHRISTVS nunc patri aequalis, nunc inaequalis dicitur; ita & eadem ratione omnibus de Trinitate difficultatibus facili negotio obicem poni posse, arbitratur. Vnicam igitur primo non specie solum, sed & numero divinitatem (\*) statuit, patri, filio & Spiritui S. communem, adeo ut tres personae hoc respectu nonnisi unus idemque Deus esse, merito dicantur: Neque tamen ideo personarum tolli multitudinem, dummodo duas in filio tam ante, quam post incarnationem, ut & in Spiritu S. naturas extitisse, concedamus. Scilicet, quum filius a patre tanquam natura intelligens ab alia natura intelligente distinguatur, fieri non posse, ut eadem natura intelligens, (\*\*\*) quae in

H 3

una

---

*égal au pere. On n'a que suivre ce même chemin, & l'on trouvera, qu'il n'y a plus de difficulté en rien & que l'Écriture est en tout parfaitement d'accord avec elle même. ibid.*

(\*) *Que l'on conçoive seulement, inquit, que le Pere c'est la divinité toute pure; & que le fils & le St. Esprit (je parle du fils considéré soit avant, soit après sa venue en chair) sont deux autres personnes, en chacune desquelles il y a deux natures: une nature divine, qui est la même dans chacune des trois personnes, & au regard de laquelle ils sont un seul & même Dieu, ayant une même essence divine, unique non seulement en espece, mais en nombre: & outre cela une nature finie & dependante, unie avec cette nature divine, de la même maniere, que les Orthodoxes enseignent, que Iesus Christ est Dieu & homme. Voila un fondement d'unité: voila un fondement de distinction, voila un fondement d'égalité, voila un fondement d'inegalité & de subordination. Lettre d'un Theol. p. 16.*

(\*\*) *Puisque le fils est distingué du pere, comme un être intelligent est distingué d'un autre être intelligent, il faut, qu'il y ait dans l'une de ces deux personnes un être intelligent, qui n'est pas dans l'autre. Cet être intelligent, qui est dans l'un des deux & n'est pas dans l'autre, doit être un être intelligent fini; puisque la Divinité, qui est un être intelligent infini, est dans l'un & dans l'autre & qu'il ne sauroit y avoir plus d'un Dieu. ibid. p. 23.*



una harum duarum personarum est, in altera etiam fit: quumque infinitatis notio omnem multitudinem per se respuat, necessario alteram naturarum intelligentium, quae in patre & filio sunt, finitam esse oportere: ex quo sequi putat, quia divinitatis utraque persona particeps sit, ut altera harum personarum duabus naturis gaudeat, quarum quidem (\*) altera Deus, altera finita quaedam sit natura intelligens. Vtra igitur duarum divinarum personarum duplici instructa natura credi debet? In patrem nihil huius rei cadit: (\*\*) iraque filius praeter divinam, quam cum Patre communem habet, naturam, alia finita quadam eaque intelligente natura praeditus, eoque respectu a persona patris distinctus fit, oportet. Eodem modo de persona Sancti Spiritus (\*\*\*) iudicat, servato tamen discrimine quodam. Etenim quum a filio & patre Spiritus S. ceu natura intelligens ab aliis naturis intelligentibus distinguatur, ideo finita

(\*) Celle, pergit, de ces deux personnes, en qui l'Etre intelligent fini se trouve, participe aussi à la divinité. Donc il faut que cette personne soit composée de deux natures, l'une qui est Dieu, l'autre qui est un Etre intelligent fini. *ibid.*

(\*\*) Il n'est question, que de savoir, si c'est le pere, ou le fils qui est composé de ces deux natures. Or nous n'avons aucune raison, qui nous determine à supposer, que c'est le Pere, & nous avons des raisons tresfortes de juger que c'est le fils, qui est composé de ces deux natures. Donc le fils outre la nature divine, qui lui est commune avec le Pere, a une nature intelligente finie, qui lui est particuliere, & qui le distingue de la personne du pere. *ibid.*

(\*\*\*) On peut, inquit, faire un raisonnement tout pareil sur la personne du St. Esprit, & ce qu'on vient de conclure du fils on le conclura du St. Esprit. Il n'y a qu'une seule chose à y ajouter, qui est, que cette intelligence finie, qui distingue le St. Esprit du pere doit être differente de l'intelligence finie, qui distingue le fils du pere, puisque le St. Esprit est aussi distingué du fils, comme un Etre intelligent est distingué d'un autre Etre intelligent. *ibid.*

finita illa intelligentia, qua Spiritus S. a patre & filio distinguitur, a finita filii intelligentia diversa esse debet. Tres igitur, ut arbitratur, in divina Trinitate personae sunt, reapse inter se distinctae. Prima divinitas tota (\*) est, nilque alieni admixtum habet, patrisque ideo nomine gaudeat. Vnicus hic vero Deus duas easque finitas intelligentias conditum ante orbem produxit, quarum utramque arctissima (\*\*) prorsus ratione secum coniunxit, ita ut tres una cum illis personas constituat. (\*\*\*) Altera Trinitatis persona sive filius finita quaedam est intelligentia arctissime cum divinitate sociata. Tertia sive Spiritus S. alia quaedam est intelligentia finita, arctissimo etiam vinculo cum divinitate coniuncta. In persona igitur patris unica (\*\*\*\*) tantum natura est,  
 ipsa

(\*) *Outre la divinite, ait auctor, qui est un Etre infniment parfait, unique en nombre, independant, indivisible, il y a deux Etres intelligens finis, auxquels Dieu a donné l'existence dans un tems qui a precedé la creation du monde. Je ne determine pas, si ce tems a eu un commencement, ou s'il n'en a pas eu un. Vid. la Lettre d'un Theol. p. 40.*

(\*\*) *Dieu, pergit, s'est uni à chacun de ces deux Etres intelligens finis, d'une maniere tres-etroite. - - - L'Etre infniment parfait qui est Dieu & ces deux Etres finis, auxquels Dieu s'est uni, constituent trois personnes. ibid.*

(\*\*\*) *La premiere personne qui est le Pere c'est Dieu consideré tel qu'il est en lui même sans le joindre à aucun autre Etre different de lui. La seconde personne, qui est le fils, est une de ces deux Intelligences finies unie tresetroitement avec la divinite. La troisieme personne, qui est le St. Esprit est la seconde de ces deux Intelligences finies, a laquelle la divinité est unie tresetroitement, de meme qu'a la premiere. ibid.*

(\*\*\*\*) *Ainsi dans la personne du pere il n'y a qu'une seule nature, c'est la divinite toute pure. Dans chacune de deux personnes du fils & du St. Esprit il y a deux natures, savoir une nature divine, qui est unique en nombre, & la même dans chacune des trois personnes, &*



ipsa nimirum divinitas pura : duabus vero ceterae personae naturis instructae sint, altera divina, quae unica est & in omnibus tribus personis eadem, altera finita & intelligente, quae filio & Spiritui S. propria est, eosque non a patre modo, sed etiam inter se distinguit. Neque vero est, ut putat, cur duas in eadem persona quis naturas miretur, siquidem *personalis* omnino illa *unio* vocari possit. Quemadmodum enim divina atque humana Christi natura, unione intercedente, nonnisi unam personam constituunt; ita & eadem ratione, (\*) quum divinitas finitae cuidam naturae iungitur, una persona inde effici potest. Quare si una divinitas cum duabus naturis intelligentibus, finitis atque a se invicem distinctis sociatur, duae inde personae fiunt, ideoque tres omnino Trinitatis personae existunt. Certe si *personae* vocabulum vulgari & usitato (\*\*\*) sensu accipiatur, nihil illud aliud, quam Ens aliquod intelligens, sive illud corpori sociatum sit, sive non, significare potest: quae si hic quoque acceptio obtineat, omnino tres a nostro Trinitatis personae admittuntur. Primo enim divinitas  
pura

---

*une nature intelligente finie, qui est propre au fils & au St. Esprit, & qui distingue ces deux personnes de celle du pere, & les distingue aussi l'une de l'autre, parceque la nature intelligente finie qui est dans le fils, & la nature intelligente finie, qui est dans le St. Esprit sont deux etres distincts l'un de l'autre. ibid. p. 41.*

(\*) Je puis appeller, ait, cette union, union personnelle, en prenant le terme de personnelle dans le meme sens, que les Orthodoxes le prennent, quand ils l'appliquent à l'union de la nature divine avec la nature humaine de Iesus Christ. *ibid.*

(\*\*) Je prens, inquit, le mot de personne dans le sens, que les hommes ont accoutume de le prendre dans leur langage ordinaire, quand ils entendent par une personne un Etre intelligent uni ou non uni à un corps. En ce sens la trois personnes sont trois Etres intelligens distincts l'un de l'autre. *ibid.*



pura apparet, huic dein duae naturae finitae iunctae sunt: quae cum omnes a se invicem distinctae atque intellectu praeditae sint, tres etiam personas non possunt non efficere. Quid? quod & *divinae*. (\*) vi unionis huius eadem appellari poterunt, eodem nimirum sensu, quo Christus Dei aequae ac hominis nomine insigniri solet. Quamvis enim finitae hae naturae in totidem divinitates haud commutatae sint, hoc tamen, ut ipse putat, nil impedit, quo minus, quum ex duplici quadam natura sint compositae; ab una sui parte nomen accipere possint. Itaque duplicem (\*\*) *Dei* vocabulo potestatem subiiciendam esse, censet: adeo ut, si de filio & Spiritu S. adhibeatur, nihil aliud, quam *naturam personaliter cum Deo unitam* indicet. Neque hoc insolitum ipsi videtur: quum vel ipsa Theologorum phrasis, qua filium Mariae Deum, ipsam Mariam Dei matrem appellare consueverint, alio certe sensu accipi haud possit; nec enim velle sibi aliud Theologos, quam hoc, filium Mariae personaliter cum Deo unitum, Mariamque eius, qui personali

I

cum

(\*) L'union du pere les a fait être divines, non en les changeant en Dieux, mais en faisant que le tout composé de deux de ces Etres, qui pensent, dont l'un est Dieu, puisse être appelé Dieu du nom d'une des parties, qui entre dans cette union. De la même manière, que Iesus Christ peut être appelé Dieu & peut aussi être appelé homme. Vid. Entret. par Lettres p. 21.

(\*\*) Haecce auctoris verba sunt in Entret. par Lettres p. 53. Personne divine quand ce nom est donné à l'intelligence finie du fils & à celle du St. Esprit, signifie sans doute, Personne qui est Dieu. Mais qui est Dieu ne signifie autre chose (excepté quand il s'agit du pere) si non, qui est uni personnellement avec Dieu. De même, que quand on dit parmi les Theologiens, le fils de Marie est Dieu, on n'entend autre chose, que je sache, si ce n'est, le fils de Marie est uni personnellement avec Dieu. Et quand ces Theologiens donnent à Marie le titre de Mere de Dieu, ils ne veulent dire autre chose, sinon qu'elle est Mere de celui qui est Dieu, ou qui est uni personnellement avec Dieu.

cum Deo unione gaudeat, matrem esse. Habes iam insigne illud arcanum, quo, salva Dei unitate, trium tamen substantiarum distinctio stabiliri potest! Unus in S. Scriptura Deus esse dicitur, & tamen quaelibet trium personarum Deus vocatur: Hoc de una divinitate omnibus tribus personis communi commode potest, ex eius sententia, intelligi. Vicissim tres divinae personae vere inter se distinguuntur. Hoc dogma, si ipsum audias, vix sibi constat, nisi tres hae personae, tamquam substantiae intelligentes segregatae a se credantur.

§. VI.

Facile tamen praevideat Cl. MATYVS, non defore, qui naturas illas finitas nonnisi luxuriantis ingenii foetum, omnique sacri Codicis testimonio destitutas esse existimaturi essent. (\*) Hos ita refellit, ut animadverti iubeat, ipsam Scripturam S. duas in persona filii nondum incarnati naturas agnoscere. Quod ut probet, omnia V. T. dicta testatur, quibus filius Dei *angeli* seu *legati* nomine adpellatur. His in locis, ipsam filii Dei (\*\*) personam

---

(\*) *L'union, inquit, de deux natures en la personne du fils avant même son Incarnation, est une des principales suppositions qui composent mon Systeme. Je puis avancer, que cette supposition est contenue formellement dans l'écriture, & je suis en état de l'établir sur des preuves pareilles à celles, sur lesquelles on appuie le dogme de l'Incarnation. Vid. la Lettre d'un Theol. p. 20.*

(\*\*) *Les Orthodoxes, inquit, sont persuadez par des preuves incontestables, que cet ange de Dieu étoit Dieu même, & qu'il étoit la propre personne du fils de Dieu. Mais j'ajoute à ce qu'ils disent sur ce sujet, que si l'on compare tous ces endroits où il est nommé tantôt Dieu, tantôt ange; ou tantôt il est représenté comme Dieu même, tantôt comme un être dependant de Dieu, il est naturel de conclurre de tous ces passages conferez l'un avec l'autre, que s'il étoit Dieu, il étoit en même tems un ange, c'est à dire un Être intelligent fini, auquel*

fonam intelligi, ipsis non refragantibus Orthodoxis, assumit. Solet vero ille in istis nunc Deus, nunc angelus nominari, nunc Dei, nunc Deo subiectae naturae conditionem induere. Quod si ergo ex illis N. T. locis, quibus Christus nunc Dei, nunc hominis nomine insignitur, orthodoxi valide concludunt, duplicem in eo post Incarnationem naturam esse, idem de V. T. locis hisce censendum est : Ita, ut Christus, antequam nasceretur, Deus fuisse, & simul etiam angelus, h. e. Ens finitum, quocum personaliter Deus sese coniunxerit, credi debeat. In his dictis familiam illum, qui *Exod. XXIII. 20. 21.* legitur, locum ducere opinatur, utpote ex quo rite considerato facile rem omnem confici posse, putat. Verba Latine reddita haec sunt : *Ecce ego mitto angelum ante te, ad servandum te in hac via, & ad introducendum te in locum illum, quem praeparavi. Cave tibi ob praesentiam eius, & ausculta voci eius, ne exacerbes eum, quia non feret defectionem vestram, quia nomen meum est in eo.* Nihil, ipso iudice, (\*) clarius est, quam non duarum modo naturarum, verum & arctissimae unionis earum hoc in loco mentio.

I 2

Nomen

---

*quel Dieu estoit uni personnellement. Mon raisonnement est aussi juste que celui des Orthodoxes, qui concluent, qu'il est Dieu & homme depuis sa venue au monde, fondez sur les passages, ou il est appelé Dieu, joints à ceux, ou il est appelé homme. Lettre d'un Theol. p. 21.*

(\*) *On voit ici, inquit, deux natures distinctes. On y voit la nature divine. Car le nom de Dieu, qui est en cet ange, c'est Dieu même. De plus ce qui appartient à Dieu en propre, lui est attribué, comme de pardonner ou de ne pas pardonner, de punir ceux qui l'offensent &c. Une nature finie & dependante lui est aussi attribuée; le nom d'ange, la qualité d'Envoyé de Dieu marque assez une telle nature. Enfin ces paroles : mon nom est en lui, marquent l'union & la distinction tout ensemble de ces deux natures, le nom de Dieu étant distingué de celui, en qui le nom de Dieu se trouve. ibid.*



Nomen enim Dei, quod in angelo fuisse dicitur, ipse Deus est: imo & talia de hoc angelo praedicantur, quae quum nonnisi in divinitatem cadant, verissime divinam angeli naturam arguunt. Ecquis enim, nisi Deus sit, remittere peccata vel non remittere, quis dicto non audientes puniendi iure gaudere potest? De finita atque dependenti natura huius angeli nemo dubitaverit, quum angeli seu legati appellatio eiusmodi necessario naturam indicet. Neque minus tam unio utriusque naturae, quam earundem distinctio egregie his ex verbis patescit. Diserte enim quum dicatur: *Nomen meum in eo est*, aperte nomen Dei ipsum ab eo, in quo nomen Dei, distinguitur. Quod si ergo ex illis N. T. verbis: *Deus in carne manifestatus est, Verbum caro factum est*, rite personalis duarum in Christo naturarum unio probetur, eandem quoque ex verbis modo dictis eodem iure argumentationem ad duplicem filii ante Incarnationem naturam probandam duci posse, autumat. Superest, ut qua ratione in probanda Spiritus S. natura finita partes ille suas egerit, dispiciamus. Sed otium praeter spem omnem pene hac in re nobis fecit. Nam filere prorsus hac de re Scripturam S. (\*) haud diffitetur. Tantum vero abest, ut ideo de causa sua desperet, ut potius nil esse de ea alias propter causas dubitandum pronunciet.

---

(\*) *J'avoüe, ait, que parmi les suppositions qui composent mon Systeme, il y en a une, qui n'est pas formellement contenue dans l'écriture, c'est celle, qui attribue au St. Esprit une nature finie jointe avec la nature divine. Mais cette supposition résulte de l'union de tous les passages, qui parlent du mystère de la Trinité, puisqu'elle fournit un moyen d'expliquer tous ces passages d'une manière naturelle, & de les concilier entre eux, ce qu'aucun Systeme différent de celui-ci n'a encore su faire, ni ne pourra jamais faire. Lettre d'un Theol. p. 19.*

tiet. Quantumvis enim duplex Spiritus S. natura difertis in S. Scriptura non legitur verbis, plurimum tamen illam ad explicanda, atque inter se concilianda S. Scripturae effata conferre. Atqui is qui hypothefin (\*) omnibus aenigmatis cuiusdam nodis ex affe respondentem, ut & cunctas, quae primo aspectu in re inesse videbantur, repugnantias amolientem animo sibi informaverit, is veram omnino aenigmatis mentem affecutus videri debet. Secus qui senserit, eum omnes quoque doctrinas, quae nonnisi per modum consequutionis e S. Scriptura ducuntur, nec alia de causa, quam quia ad concilianda quaedam loca faciunt, fundamentum in sacro codice habere existimantur, abiicere debere existimat.

§. VII.

Quaeri autem poterat, qualis demum post Incarnationem filii conditio extiterit, quem iam antea duabus naturis instructum fuisse putat. Huic dubio respondet, tam ante (\*\*\*) quam post Incarnationem duas tantum naturas in CHRISTO fuisse. Spiritualis nimirum mereque angelica ante assumptam carnem finita filii natura fuit, at ea humana in Incarnatione facta est, adeo ut, qui ante Deus fuerat & angelus, nunc Deus & homo

I 3

meri-

(\*) On est assuré, qu'on a trouvé le vrai sens d'une enigme, quand on peut faire une supposition, qui s'ajuste parfaitement avec toutes les expressions, qui composent l'enigme & qui fait evanouir toutes les contradictions, que l'enigme semble renfermer. Il est aisé d'appliquer à mon Systeme ce que je viens de dire. *ibid.*

(\*\*) La personne du fils, inquit, a été composée de deux natures avant son Incarnation, aussi bien qu'après. Mais avant son Incarnation la nature finis étoit une nature purement spirituelle ou angelique, & dans l'Incarnation le fils a pris à soi une nature humaine. Ainsi au lieu, qu'il étoit auparavant Dieu & ange, il est devenu Dieu & homme. *Lettre d'un Theol. p. 42.*



merito adpelletur. At fatetur tamen, non satis lique-  
re, utrum angelica illa natura humani deinceps corpo-  
ris CHRISTI anima evaserit, an peculiarem animam  
assumerit CHRISTVS & angelicam simul naturam reti-  
nuerit. Illud si verum est, etiam post Incarnationem duae  
tantum in illo naturae sunt: Hoc autem si praeferri de-  
bet, tres eaeque distinctae naturae quidem in eo sunt, sed  
hae tamen nonnisi unicam tantum personam constitu-  
unt: Neutrum per se ex mente eius absolum est: ipse  
tamen in priorem sententiam propendet, tamen, non  
satis perspicue S. Scriptura rem definiente, nihil defi-  
nire velit. (\*) Ad obiectiones quod attinet, gloriatur,  
sibi, licet in perlustrando Sacro Codice assiduus fuerit,  
unicam (\*\*\*) tantum difficultatem ab aeterna filii Dei  
generatione petitam occurrisse. Obiici ex eius sententia  
nimirum hoc potest: si finita tantum natura filii a patre  
ipsum distinguit, vel aeterna illa erit, omnique initio  
carebit, vel saltem ante orbem conditum initium cepit.  
Iam vero in finitam quandam naturam aeternitas nul-  
lo

---

(\*) Posteaquam duos hosce casus enarraverat, tandem addit: *Le plus sûr, à mon avis, est de ne rien déterminer sur cette question douteuse; parceque l'écriture ne nous instruit pas assez sur ce sujet, au moins à ce qu'il nous paroît. Je ne vois aucun inconvénient à soutenir soit l'un, soit l'autre de ces deux parties. Cependant le premier me paroît s'accorder beaucoup mieux que le second avec les idées, que l'écriture nous donne, & il ne renferme point de difficulté, qu'on ne puisse lever facilement. C'est pourquoi je panche aussi davantage de ce côté-là, mais sans rien décider. Lettre d'un Theol.*

p. 43.

(\*\*) Quant à l'Écriture, ait, depuis près de deux ans que ce Systeme s'est offert à ma méditation, j'ai examiné dans mon esprit si ce livre sacré ne contenoit rien qui fût contraire à mes suppositions, ou qu'on pût y opposer avec un fondement apparent. Je n'ai pu encore m'imaginer, qu'une seule objection, que l'on me pourra faire. *ibid.*  
p. 27.



lo modo cadit: Quod si vero in tempore creata est, quo iure ab aeterno generatus filius esse dicitur. Non impetrat a se Cl. MATYVS, ut ad alteram sese partem adiungat, fatetur potius, se rationibus idoneis ad id destitutum esse, nec ullum tamen inde Systemati suo metuit periculum. (\*) Primo negat probari posse, quod post longam demum temporis seriem creandi facultatem Deus acceperit. Addit, nil repugnare, quo minus Deus credatur ab aeterno finitam quandam naturam creasse. Quemadmodum enim esse Deus nunquam coepit, ita nec tam intra, quam extra se agendi facultatem certo momento adeptus est. Scilicet, tamen si independens aeternitas solius Dei fit, nihil tamen hoc impedire autumat, quominus dependens quaedam, nec in re ipsa, sed in Deo rationem habens, aeternitas (\*\*\*) creatae cuidam naturae competat. Hinc longius progreditur, atque adseverare nil veretur, tamen si generationem filii aeternam minime dubiis S. Scripturae oraculis inniti, fideique

(\*) *Sans prendre parti, inquit, sur aucun de ces deux cas, parceque je n'ai pas de raison suffisante de me determiner, ni pour l'un ni pour l'autre, je dis, que l'on ne sauroit demontrer ou que l'un, ou que l'autre soit faux, quoique pour refuter mon Systeme par cet endroit il faudroit, que l'on pût demontrer, qu'ils sont faux tous deux. Lettre d'un Theol. p. 28.*

(\*\*) *Je ne vois pas, inquit, que l'on puisse demontrer, par quelque argument, que ce puisse être, que Dieu n'a pas pû de toute eternité donner l'existence à quelque Etre fini, & qu'il faille necessairement, qu'il se soit écoulé une infinité de siecles, pendant lesquels Dieu n'ait pû rien produire. ibid.*

(\*\*\*) *L'eternité independante est une perfection de la Divinité, j'en conviens, mais on ne sauroit demontrer la même chose touchant une eternité dependante, & qui a son principe, non dans l'Etre même, qui possède cette eternité, mais dans Dieu, qui a donné l'existence à cet Etre, quoique ce soit de toute eternité, qu'il la lui ait donnée. ibid. p. 29.*

que articulum esse, Orthodoxi tueantur, nondum tamen hanc rem extra controversiam positam, nec quae afferantur S. Scripturae effata, eo quo dicantur probandi nervo instructa esse. Quis enim, sic arguit, unquam audivit, vocabulum *hodie* aeternitatem indicare? aut quis eiusmodi argumentationem, quam *Psalmm secundum* suppeditare dicunt, principium petere negaverit? (\*\*). Non magis, pergit, rem conficiunt ea, quae ex *Vto Michae capite, commate 2.* verba afferri consueverunt. Nulla enim nos necessitas cogit, ut exitum illum, cuius *MICHAS* meminit, de generatione filii intelligamus, quum potius ad divinitatem, quae etiam in filio, atque aeterna est, referendus videatur. Interea, si vel maxime de filio Dei hoc in loco agatur, nondum tamen illius aeternitatem indubiam, satisque fixam verborum notionem esse, autumat. Verba enim *מִימְעוֹלָם, מִמְעוֹלָם, מִמְעוֹלָם*, si nativa spectetur significatio, nihil certe aliud, quam quod longo abhinc tempore iamdum extitit, indicant, quin summo aequae Numini, atque rebus creatis tribuuntur, eaque propter ambigua sunt. (\*\*). Vera igitur eorum potestas ex subiectorum, qui-

(\*) Aperte ait: *La preuve qu'on tire du Ps. 2. ne merite aucune attention. Ou a-t-on vu, qu'aujourd'hui marque l'eternité? Et combien n'entre-t-il pas de petitions de principe dans l'argument, que l'on tire de ce passage? ibid.*

(\*\*) On fait, ait, que toutes ces expressions sont appliquées indifféremment & à Dieu & aux creatures, & qu'elles signifient proprement autre chose, si non ce qui a été depuis long tems. Ces expressions sont donc équivoques, & c'est la nature du sujet, qui les détermine à signifier, ou une durée, qui n'a point de commencement, ou une durée longue, à la vérité, mais qui a eu un commencement. Ainsi ces expressions ne sauroient déterminer la nature de sujet, c'est au contraire la nature de leur sujet, qui les doit déterminer. Vid. Lettre d'un Theol. p. 30.

quibus tribuuntur, natura unice metienda est. Exigenda ad eandem regulam, ex sententia eius, illa quoque sunt, quae *Prov. VIII.* de sapientia leguntur & ad hoc de generatione filii Dei dogma referri solent, utpote quae proprio sensu intellecta nihil aliud, quam intervallum, quod mundi creationem praecessit, denotent, nec aeternitatem absolute significant. Quantumvis enim de infinita Dei aeternitate similis occurrat locutio, haud tamen inde constare putat, naturalem verborum significationem semper desereri posse. Scilicet, si Deo phrasis haec tribuatur, eam non posse non pro subiecti ratione aeternitatem arguere, de aliis vero rebus si adhibeatur, secus iudicandum esse, diversamque subiectorum naturam significationem diversam requirere. (\*) Non magis sibi obstare (\*\*) illa dicta putat, quae diserte filio aeternitatem asserunt: nec enim se negare, filium Deum esse, ideoque aeternitate gaudere.

§. VIII.

Adserta haecenus substantiarum distinctione, ad ea descendit, quae ad personarum Trinitatis dignitatem pertinent. Totus autem in eo est, ut commemoret, quum illae comparantur, aut diversis relationibus distinctae reperiuntur, (\*\*\*) non id ratione eius fieri, quod

K

com-

(\*) Ces expressions, inquit, ne marquent l'éternité de Dieu, que parce que c'est à Dieu, qu'elles sont appliquées. De leur nature elles ne marquent, qu'une durée bornée, qui pourroit être celle de quelque creature; & ce n'est qu'en étendant leur signification, qu'on peut s'en servir pour marquer l'éternité de Dieu. *ibid.* p. 31.

(\*\*) Quant aux autres passages, qui attribuent l'éternité au fils, ils ne prouvent rien contre moi, qui reconnois, qu'il est Dieu, & qu'il est éternel, entant que Dieu. *ibid.* p. 32.

(\*\*\*) Lorsque, ait, les trois personnes sont comparées entre elles, ou distin-



commune inter se habent, sed respectu eius, quod peculiare ipsis & proprium est. Nimirum non ratione divinitatis tres inter se conferuntur personae: etenim unica tantum tribus personis communis est divinitas; sed divinitas patris pura cum ceteris duabus finitis & circumscriptis naturis confertur. Vnde sequitur, eam, quae inter filium & Spiritum S. relatio est, non ipsam utriusque divinitatem attingere, sed finitas utriusque naturas respicere. Dubium enim, ut censet, nullum est, quin tam generationis, quam processions vocabulum certas personarum relationes indicet, quas tamen divinitati adscribere per ipsam vocabulorum notionem haud liceat. Quum ergo generatus filius, procedere Spiritus S. dicitur, non id respectu divinitatis, (\*) sed ratione naturarum utriusque finitarum intelligi debet. Neque minus *Sapientiae* atque λόγος vocabu-

---

*stinguées par les différentes relations, qu'elles ont les unes avec les autres, elles ne sont pas comparées, ou mises en relation selon ce qu'elles ont de commun, mais selon ce qu'elles ont de particulier. Ainsi la relation, qu'il y a entre le Pere & les deux autres personnes, n'est pas une relation entre la Divinité du pere & la divinité du fils, ou la divinité du St. Esprit; car ce ne sont pas trois divinités différentes, mais le seul & même Dieu, le seul & même Etre, qui ne sauroit être mis en relation avec lui même. Mais c'est une relation, qui a lieu entre la divinité, qui est toute pure dans la personne du pere, & les deux Intelligences finies, qui sont dans le fils & dans le St. Esprit. De même la relation, qu'il y a entre les fils & le St. Esprit, n'est pas une relation entre la nature divine de l'un & la nature divine de l'autre, puisque ce ne sont pas deux natures divines, mais un même Etre. Mais cette relation a lieu entre les deux Intelligences finies, celle du fils, & du St. Esprit. ibid. p. 44.*

(\*) Ce n'est pas, inquit, la nature divine, qui est le sujet, à quoi il faut rapporter ces termes (Generation & Procession) soit dans le fils, soit dans le St. Esprit; mais c'est la nature finie, à quoi il les faut rapporter. ibid. p. 44.



cabula, tributa filio, certas inter patrem filiumque relationes indicare, putat, tametsi interiorum harum rerum naturam definire nolit. Hinc concludit, si filius & Spiritus S. ratione divinitatis spectentur, (\*) patri eos aequales esse, quum eadem omnes tres personae divinitate gaudeant, sin vero ratio finitarum naturarum, quas ipsis adscribit, habeatur, omnino patre inferiores, ab eoque dependere, dicendos esse. (\*\*) Pari modo perfectam quoque quoad divinam naturam filium inter atque Spiritum S. aequalitatem esse, quae tamen haud impediatur, quominus ceu naturae finitae sibi subordinentur. Sive enim ipsum naturarum istarum discrimen, sive diversus, quo cum Deo coniunctae sunt, modus subordinationem illam efficiat, haud tamen esse, cur ea tamquam absurda reiiciatur. Sed & ipsam Scripturam S. filio maiorem prae Spiritu S. dignitatem tribuere. Limites quidem praeeminentiae illius non determinare, nec utrum temporaria, an vero perpetua sit? certo definire audeat: rem ipsam tamen dubio carere arbitratur. Hic sibi videt obduci posse: num ergo adorandae creaturae, num finitis naturis divinus honor exhibendus est? Hanc ita expedit difficultatem. Sicuti in Christo Θεωυ θεωύπω non quidem humana, sed divina adoratur natura, (\*\*\*) ita etiam non

K 2

fini-

(\*) *Le fils & le St. Esprit, considerez entant que Dieu, sont egaux au pere, puisqu'il sont le même Dieu, que le pere. Mais considerez en qualite de deux Intelligences finies, ils sont à cet egard inferieurs au pere, & dependans du pere. ibid.*

(\*\*) *Le fils & le St. Esprit sont deux personnes parfaitement egales, si on les considere du coté de la nature divine, qu'ils possèdent. Mais si on les considere comme deux Etres intelligens finis, rien n'empêche, qu'il n'y ait quelque subordination entre eux à cet egard. ibid.*

(\*\*\*) *Ita enim auctor pronuntiat: Les hommages, que nous rendons au fils & au St. Esprit, ne se rapportent pas aux Intelligences finies de ces deux personnes; mais à la divinité, qui est en eux. De la me-*  
me



finitae illae naturae, sed quaecum unitae sunt, divinitas, cultus nostri obiectum sunt: adeo ut sive patrem adoremus, sive filium, sive Spiritum S., nonnisi unicus tamen a nobis colatur Deus. Deus nempe haud aliter, (\*) quam ipsum sese patefecit, adorari potest, ideoque etiam in persona filii & Spiritus S., quibuscum sese coniunxit, in quibusque gloriosam praesentiam suam testatus est, coli debet. Olim in rubo ardente, in columna nubis & ignis, in angelo patriarchis haud raro apparente, aliisque in sensum incurrentibus rebus praestitus ipsi cultus fuit: quid ergo obstat, quominus nunc in duabus naturis finitis commode adoretur atque colatur? Ex his manifestum putat, se debitum soli Deo honorem creaturis minime vindicare, sed nonnisi unicum Deum, diversa se ratione manifestantem, colendum atque adorandum discernere.

§. IX.

Atque hoc demum illud Systema est, quod adeo omnes nodos explicare, omnibusque egregie mederi difficultatibus ipsi creditur. Vnde & suasor auctorque orthodoxis est, ut veterem deserant viam, novaeque huic doctrinae calculum adiacere nulli dubitent. Nam quae ad fidei fundamentum pertinere credantur, ea minime a se vel tolli vel convelli. Summi unitatem numinis, (\*\*)  
trium

---

*me maniere, que les hommages, que nous rendons à Jesus Christ, Dieu & homme, ne se rapportent pas à sa nature humaine, mais à sa nature divine. ibid. p. 47.*

(\*) *Nous adorons Dieu selon qu'il se fait considerer à nous ou dans la personne du pere, ou dans les personnes du fils & du St. Esprit, aux quelles il s'est uni, & dans les quelles il nous manifeste sa glorieuse presence. ibid. p. 46.*

(\*\*) *Je reconnois, inquit, avec les Orthodoxes, & dans le meme sens qu'eux, l'unité de Dieu, la Divinité du pere, du fils & du Saint Esprit, l'Incarnation, la Satisfaction; & tous les autres dogmes, qui sont une consequence de ceux, que je viens d'expliquer. ibid. p. 39.*



trium personarum divinitatem atque realem distinctionem, ut & Incarnationem Servatoris nostri atque satisfactionem iuxta cum Orthodoxis sanctissime se tueri, imo iisdem, quibus illi, modis haec dogmata explicare: quocirca falvis fidei (\*) confessionibus, & retentis vocabulis adhuc usitatis, nihilo tamen secius doctrinae huic nomen dari posse. *Personae* vocabulum plurium numero adhibitum nonnisi (\*\*) inanem apud ipsos sonum esse, huius vero Systematis ope notionem accipere, nec propriam suam, ut in sententia orthodoxorum, significationem amittere. Quod si etiam vel maxime dicere velint orthodoxi, tres haec personas tres existendi (\*\*\*) modos esse, id nusquam aptius, quam ex Systematis sui norma dici posse, quod eandem divinitatem varia ratione in patre, filio, atque Spiritu S. existere doceat: Generationem filii, atque Spiritus S. processionem per essentiae communicationem hucdum explicatas esse: verum sine (\*\*\*\*) sensu: suum vero Systema hanc rem plane declarare. Equidem videt suspectam novitatem fore, maiorum opinionibus assuetis. Sed neminem adeo in-

K 3

fice-

(\*) *Il y a si peu de difference entre ce Systeme & la doctrine reçue parmi les Orthodoxes, qu'on peut le recevoir sans presque rien changer à leurs Confessions de foi. ibid. p. 35.*

(\*\*) *Le mot de personne, inquit, qui étant pris au pluriel, n'a aucune idée dans leur Systeme, conserve dans celui-ci sa signification naturelle & connue. p. 35.*

(\*\*\*) *Les Orthodoxes disent, (ipso quidem iudice) que les trois personnes sont trois manières d'être de la Divinité. Dans quel Systeme cela se peut-il dire d'une manière plus intelligible que dans le mien? La divinité n'est elle pas d'une manière différente dans le pere, dans le fils & dans le St. Esprit? ibid. p. 36.*

(\*\*\*\*) *Ils font consister, inquit, la generation du fils & la procession du St. Esprit, en ce que le pere a communiqué son essence divine au fils & au St. Esprit. Ce sont des mots, qui n'ont aucun sens dans leur Systeme; mais dans celui-ci ils signifient quelque chose de réel, on peut entendre ce qu'on dit. ibid.*



ficetum fore confidit, ut examine omisso vel ob solam hanc rationem repudiandam sententiam suam iudicet. Dudum traditionum fidem extinctam esse, nec aliam, quam sacri Codicis auctoritatem pro fidei regula haberi coepisse: hac vero adhibita, fieri non posse, quin rectius de doctrinae suae praestantia sensuri sint. Praeterea si nova quaelibet vexari adgrediantur, fore, ut ipsis contra se hostibus arma suppeditaturi sint. Primos enim religionis instauratores nova molitos esse: hos ergo secum condemnatum iri, si omne, quod novum, repudiandum sit, nec Pontificiis crimini dari posse, quod igne, gladioque surgenti novitati occurrerint.

*CAPVT TERTIVM.*

**QVO MATYANA MYSTERII SS. TRINITATIS EXPLICATIO MODESTE EXPENDITVR.**

§. I.

**E**X quo fertilior in orbe Christiano errorum fegetur, statim non defuerunt, qui dummodo exosis veterum haereticorum nominibus abuterentur, satis sese iam novorum dogmatum auctores profligasse crederent. Aptius nimirum nihil videbatur hominibus hisce alienas sententias debellaturis, quam tetram rerum iam olim damnatarum memoriam renovare, & monstra dudum confecta ab inferis rediisse, alios commonefacere. Noverant enim ingenia mortalium vel ad ipsum haereseos instauratae nomen horrentium: noverant, quam detestabiles vulgo novi veterum errorum vindices videri soleant: quocirca nihil ad obterendos nascentes errores fructuosius fore rati sunt, quam si rediisse in orbem con-  
que-



quererentur illos, quos maiorum dudum se vera pietas proscripfisset. Vnde quaeso tanta *Simonianorum* (\*) multitudo primis rerum Christianarum temporibus orta fuit, quum paucis hanc sectam placuisse constet? Vnde ceterorum, qui vocantur, haeticorum numerus ad tantam molem excrevit? Cur sagaciores monumentorum veterum perscrutatores iniurias multis haeticorum illatas esse confitentur? Equidem non postremam harum rerum causam hanc fuisse arbitror, quod novi errores cum antiquis comparati, atque homines inter se permixti & iisdem vocabulis salutati sunt, quorum sententiae affines quodammodo erant. Neque vero priscis modo temporibus mos iste placuit, verum per longam annorum seriem propagatus, ipsam, quam nos nunc vivimus, aetatem etiam infecit. Nolo pluribus, quae iam succurrunt, exemplis fidem dictis adstruere. Sequutus eum quoque morem est vir doctissimus ARM. DE LA CHAPELLE in controversia illa, quam tractamus, utpote qui non ultimum confutationis suae robur in comparatione Systematis Matyani cum Arianorum & Sabellianorum sententiis posuit, immo *Serveto* atque *Tolando* pestilentiore esse auctorem eius, Tritheitam, Noëtianum, Patripassianum & quid non praeterea? pronuntiavit. Nos, quod pace dicimus virorum doctissimorum, quorum eruditionem & merita ceteroquin veneramur, tametsi haud negemus, collationem veterum & novarum sectarum & errorum nonnunquam utilitatis aliquid adferre in disputationibus, plerumque tamen, quum id tantum agitur, ut veritas illustretur & defendatur, plus incommodi, quam utilitatis ad-

iun-

---

(\*) Vid. quae sub auspiciis Summe Ven. Domini Praesidis mei superiori anno prodiit *de uno Simone Mago* Disp. §. X. p. 16. ubi abusos hocce nomine ad conflandam aliis invidiam antiquos doctores fuisse docetur.



iunctum habere opinamur. Principio quae faciliori negotio dirimi lites poterant, hac ratione protrahuntur & amplificantur. Nec enim amplius, si res ita instituat, de sola dogmatum vel veritate vel falsitate quaeritur, sed aliae simul nascuntur controversiae *historicae*, valde implicatae & laboriosae. Veterum scilicet sectarum historia exploranda est, vehementer obscura & variis difficultatibus circumsepta, & quid commune habeant novi errores cum illis antiquis, cum cura diiudicandum est: quod non sine longo labore fit. Hoc deinde si quis labore feliciter defunctus sit, & novas sectas antiquis ex toto similes esse ostenderit, nihil inde aut parum fructus capiet, ad errantis mentem sanandam, & alios contra vim erroris muniendos. Etenim quum veteres in aestimandis aliorum sententiis errare potuerint, nec semel erraverint, id nondum aliquem erroris convincere poterit, quod idem illud, quod ipse pro vero ducit, antiquis quibusdam conciliis falsum visum fuit. Pugnabit ille potius, si ingenio valeat, inscitiam & invidiam obstitisse maioribus, ne veritatem perspicerent, eosque sanos & sapientes fuisse, quibus notam illi haereseos inusserint. Quanta haec novarum turbarum materia, quae non potest non mentes hominum conturbare, atque ab eo, quod solum erat necessarium, ad res parum utiles abducere? His accedit, quod veterum haereticorum nomina in convitiis hodie & contumeliis ponuntur,isque, verbi causa, qui Tritheita aut Pelagianus, aut Sabellianus vocatur, eadem paene iniuria adficitur, qua is, qui monstrum, portentum hominis, caudex, stipes, nebulo adpellatur. Atqui Servator noster a Christianorum disputationibus omnem cavillandi libidinem abesse vult: hominesque fatis propter errores suos infelices novis malis, ignominia &

& iniuriis excipi vetat. (\*) His nos cauffis inducimur, ne sententias adversarii nostri cum veterum erroribus nunc comparemus, nulli licet modum disputandi praescribere velimus. Sitne Cl. MATY Sabellianis, Tricheitis, Arianis & aliis his deterioribus, necne, similis, viderint alii: nos unice sacri Codicis & sanae rationis normam consulemus, cavebimusque, ne quid invidiae veritatis cauffam commaculet. Ita vero hac in re versabimur, ut difficultates nostrae de SS. Trinitate sententiae a PAVLO MATY exprobratas primo removeamus, & deinceps, quibus Matyanum Systema morbis laboret, succincte indicemus.

§. II.

Tres in Trinitate personas, quae vocantur, totidem *substantias* inter se distinctas esse, adversarius noster luce solis clarius esse iudicat, & vel ea re fat gravem sibi ab opinione recepta recedendi rationem fuisse, profiteretur. Orthodoxos enim, existimat, has personas in modos seu proprietates convertere, nec aliter sentire posse, nisi sententiam suam deserere velint. Verum, Vir Clarissime, parcius ista Viris tamen obiicienda memento! Equidem diffiteri nolumus, fuisse etiam inter nos, qui incautius loquendo suspicioni huic ansam praebuerint. Num autem commune ideo omnibus hoc vitium dicendum est? Certe tres in divina essentia personas esse, neminem unquam nostratum, ab ipsis instauratae religionis temporibus, inficiari memini. Quid vero *persona* illis est, nisi *intelligens* quaedam *substantia*? (\*\*). Nonne igitur, qui tres

L

per-

(\*) Conf. Gal. VI. 1. I. Cor. XI. 16. 2. Tim. II. 24. Legi etiam merentur Summe Ven. Domini Praesidis mei Dispp. de *Theologo non contentioso* in Syntagm. Diss. ad Sanct. Discipl. pertinentium.

(\*\*) Ita v. c. B. IO. FRANC. BVDDEVS *Inst. Theol. Dogm. L. II. c. I.*  
p. 284.



personas in Deo esse dixerunt, tres etiam substantias adseruisse credendi sunt? Nonne porro alium patrem, alium filium, alium Spiritum S. esse, omnes, qui *Symbolum*, quod *Athanasianum* dicimus, recipiunt, constantissime adfirmant, & *actibus*, ut vocant, *personalibus* distingui illos inter se docent? Ecquis vero in uno eodemque subiecto locum actus hosce personales habere, sibi persuaserit? Quoad rationi honos, quoad contradictionis, ut Philosophorum filii vocant, principio adensus debetur, sane genitus non a se ipso gigni, nec mittens eodem tempore a se ipso procedere potest. Mitto alia. Sed negat vir doctissimus orthodoxos, quos appellat, salvo Systemate suo ita docere posse? Quidni igitur? Praeter naturam divinam, ait, nihil prorsus filio atque Spiritui Sancto Orthodoxi tribuunt; quod si igitur substantiarum multitudinem in Deo ponunt, tres Deos effingunt & ad Tritheismum relabuntur. Parce vero timori, Vir Doctissime, salva res est. Concedemus, res omnes in substantias, rerumque modos dividi debere, ideoque etiam in Trinitate aut modos aut substantias admittendas esse: Concedemus, modorum distinctionem sacris paginis haud respondere: itaque substantiarum distinctioni subscribimus, nec tamen

---

p. 284. inquit: *Personae voce non habitus, aut qualitas vel officium aliquod seu dignitas, nec etiam quodlibet individuum, sed suppositum intelligens, ut in Philosophorum scholis loqui solent, denotatur. Per suppositum autem substantia singularis, completa, incommunicabilis, non aliunde sustentata intelligitur. Quocum facit FRIDEM. BECHMANNVS in Annot. uber. in Hutterum & in Diss. de distinctione in divinis §. XX. IOH. GERHARDVS in LL. Theol. Loco de Trin. IOH. FECHTIVS in Noctibus Christianis Exercit. IX. Thes. L. p. 334. imo infiniti alii. Et quis nescit in principio Augustanae Confessionis pios reformatores nomine PERSONAE in ea significatione uti, qua usi sunt in hac causa ecclesiastici scriptores, ut significet, non partem aut qualitatem in alio, sed quod proprie subsistit?*



tamen nisi unicum Deum admittimus. Inopinatum & mirabile sine dubio tibi videbitur, sed faciemus, ut clarius nos intelligas. Derivanda a primis fontibus res est, quo rectius nostra de sententia iudicium ferre possit.

§. III.

Vnicum, non specie modo, sed & numero Deum esse, tam recta ratio, quam sacra etiam oracula confirmant, nec, quum Cl. MATYVS hoc confiteatur, necesse est, ut id probetur. Nihilo tamen secius trium etiam in Deo naturarum sacrae meminerunt paginae, quas a se invicem diversas dicunt, quasque Dei pariter nomine atque proprietatibus insigniunt. Quenam, ut utrique huic dogmati sua constet veritas, conciliandi ratio? Neque enim de repugnantia cogitare fas est, satis divina sacrorum librorum origine adserta, nec electos Servatoris optimi testes temeritatis & imprudentiae in loquendo arguere ullo modo licet. Num tres forte unius eiusdemque naturae vires, proprietates, adfectiones, vim suam patefaciendi modos, aut si quod aliud magis placeat vocabulum, divini scriptores intelligi a nobis volunt, quum unum esse Deum, & trium tamen rerum in eo distinctionem decernunt, idque forte sibi voluerunt, quod Romanorum orator Tullius: *Tres personas unus sustineo*, dixit? In hanc multos sententiam a primis rerum Christianarum initiis ingressos esse constat. (\*) Ast quis, quaeso,

L 2

in

---

(\*) Nimis nota est haecce Sabellianorum explicatio, quam ut multis eam hic persequi opus sit. Aperte ex recentioribus praeter alios eandem sententiam tuitus est IOH. WALLISIVS Anglus in *Letters of the Trinity* p. 62. inquiens: *The same Man may be said to sustain divers persons, and these persons to be the same Man, as sustaining divers capacities, as was said but now of Tully: Tres personas*

in bonitatem pariter atque sapientiam summi Numinis adeo fuerit iniurius, ut rem facilem, planam, totiesque in rebus humanis obviam tantis verborum tenebris involvisse illud, sibi persuaserit? Distinguuntur tres illi sollicitate, gignentis atque geniti, missi atque mittentis conditione, actionumque differentia secernuntur, denique, diversis relationibus insigniuntur. Quorsum hic verborum apparatus? Quorsum tot distinctiones, imagines & aenigmata, si tres illae naturae unius tantum subiecti essent modi? Meo quidem iudicio, nec *revelantis finis*, nec *rei revelatae natura* ferre hanc interpretationem potest. Frustra nimirum quum sapiens nihil agat, mediaque semper eligat optima, & ad finem suum inprimis conducentia, ratione teste, facer vero Codex ab eo, qui unus omnium est sapientissimus, dictatus sit, quidquid in eo traditum & scriptum legitur, id aptis & ad rei naturam accommodatis vocabulis enuntiatum, nec temere positum videri debet. (\*) Num vero is, qui diversas tantum unius

---

*nas unus sustineo. And then it will be no more harsh to say, that three persons (Father, Son, and Holy Ghost) are but one God, than to say: God the Creator, God the Redeemer, and God the Sanctifier are but one God.*

(\*) Non possum, quin huc transcribam verba egregia Angli illius anonymi, cuius hoc sub titulo liber prodiit: *The lively oracles given to us, or the Christians Birth-right in the custody and use of the holy Scripture, by the Author of the whole duty of Man*, (quem teste Ven. PFAFFIO in *Introd. in Hist. Theol. Liter. L. II. P. I. p. 274.* HENR. HAMMONDVM esse nonnulli existimant, alii ANTHONIVM HORNECK censent, uti scriptor libri, qui inscribitur: *The Young Students Library. Londini 1691. fol.* alii alium esse volunt) p. 19. *That any thing, but what is exactly wise, can proceed from infinite wisdom, is too absurd for any Man to imagine. And therefore he, that charges God's Word with defect of wisdom, must interpretatively charge God so too. For the 'tis true, a wise Man may so-*  
*meti-*



unius subiecti affectiones vel operationes enumerare vellet, opportune, commode & ad hominum captum loqueretur, si totidem naturas realiter a se invicem distinctas induceret? Num, qui subiecto cuidam inhaerent, modi, nasci atque procedere, dicto audientes esse, alius gloriam quaerere, nec sibi aliquid vindicare, salva perspicuitate & sapientia dici possunt? Quis, quaeso, librum tam perplexis & obscuris loquendi modis refertum erudiendo toti humano generi destinatum, & a sapientissimo quidem Numine destinatum, putaverit? Neque vero minus ipsa impedit *revelationis indoles*, quominus haec modorum distinctio locum habere queat. Scilicet necessarium verae revelationis characterem mysteria efficere, (\*) ni-

L 3

mis-

*metimes speak foolishly; Yet that happens through that mixture of ignorance or passion, which is in the most knowing of mortals: but in God, who is a pure act and essential wisdom, that is an impossible supposition.*

(\*) Dudum enim explosae sunt, quas praeter SOCINI asseclas aliosque IOH. TOLANDVS fidei Christianae mysteriis insidias struxit in libro, quem inscripsit: *The Christianity not mysterious*, utpote contra quem magna eruditorum cohors calamum strinxit, ceu apparet ex Celeb. PFAFFII *Introd. in Hist. Theol. Lit. P. II. p. 293.* Lectu digna sunt verba Summe Ven. Domini Praesidis mei in den *S. Red. P. I. p. 156.* So bald man sagt, die Religion kömt von Gott, so bald sagt man auch dieses: Die Lehre hat etwas in sich, das dem Geschöpfe zu hoch ist. Quocum consentit Clariss. BERNARD in *Tr. Gallico sur l' excellence de la religion Chretienne p. 179. vers. Germ.* Ex instituto autem mysteriorum in divina revelatione necessitatem, magno, ut solet, acumine demonstratum ivit Vir S. Rev. FRID. WAGNERVS in den *freywill. Heb. Opffern P. XXXIX. sqq.* nec non Doctiss. M. IOH. ANDR. BUTTSTETT in peculiari libro vernacula lingua hoc sub titulo exarato: *Die Nothwendigkeit der Geheimnisse in der wahren Religion aus der Vernunft wieder die heutige Vernunft des Unglaubens bewiesen.* Et in libro ab eodem nuper evulgato: *Vernunftige Gedancken über die Geheimnisse der Christen überhaupt, und insonderheit über das Geheimniß der H. Dreyeinigkeit. Sect. I. Cap.*



misque quam ut abesse queant, cum divina illius origine connexa esse, dudum in confesso apud illos est, qui ex humanis divina metiri nolunt. Sive enim infinitam Dei essentiam, nimio a rebus creatis intervallo distantem spectaveris, sive imbecillem humanae rationis indolem, vel in rebus quotidie obviis & in sensus incurrentibus hallucinantem, sive denique praefixum religioni, qui infinita felicitas est, finem, fallor, aut quae mysteriis caret religio, Deum auctorem mentiri, magnamque falsitatis prae se ferre suspicionem debet. Neque est, cur dicat aliquis, reuelatione data, satis omnium mysteriorum naturam declaratam esse. Etenim infinito ex fonte quum fluxerint, infinitum auctorem habeant, ipsamet non possunt non infinitae quodammodo naturae esse, & multa humanae rationi parum pervia retinere. (\*) Aut num forte,  
mu-

---

*I. Cap. II. p. 24. sqq.* Vt taceamus, quae in concionibus, auctoritate ROBERTI BOYLLII in Anglia institutis, hac de re pertractata fuerunt.

(\*) Equidem non negaverim, esse, quae simulatque patefacta sunt, mysteriorum naturam exuant, adeo ut post reuelationem intelligi atque cognosci possint, quo v. c. *vocatio gentilium* pertinet, *conversio Iudaeorum adhuc futura*, alia. Sed ipsam haec Dei essentiam non attingunt, imo *praedictiones* potius, *nonnisi ex eventu cognoscendae*, dici merentur. Vnde non abs re Clariss. FRID. WAGNERVS l.c. p. 877. sqq. inter *mysteria existentiae & possibilitatis* discrimen constituit, quorum illa tamdiu mysteria sunt, quoad de actualitate rerum haud constiterit, haec vero per se & sua natura rationis transennam, qua modum possibilitatis excedunt. Quocum & facit Celeb. BERNARD l.c. Ast vero longe alia illorum ratio est, quae infinitam Dei naturam, infinitum humanae redemptionis *λύτρον*, eiusque generis alia tradunt, quae sane ita comparata sunt, ut, nisi infinitum a finito comprehendi posse existimes, nunquam perfecte quae interiorum sui naturam hominibus patescere queant. Placent verba THEODORI DE BLANC *in principes contre les Sociniens* P. I. S. III. c. XVI. p. 303. inquit: *Non seulement de tels mysteres sur passent*



mutatis rerum essentiis finiti naturam infinitum poterit induere? Perinde igitur esse existimaverim, siue nulla prorsus esse mysteria dixeris, siue omni ex parte clara, mentique hominum satis obvia eadem hodie esse statuas. Haec quum ita sint, certe & traditam in sacro Codice Trinitatem inter mysteria religionis locum habere, imo familiam ducere oportebit. Etenim Iesum Servatorem optimum Dei viventis filium esse, non certe carnis & sanguinis, sed ipsius patris, qui in coelis est, revelatione Petro innotuisse, diserta *Christi* verba testantur. (\*) Neque est, qui, quae in Deo sunt, noverit, nisi Spiritus Dei, vel divinitatis abyssum explorans, teste Apostolo. (\*\*) Et qui etiam aliter sese res habere potest? Basi totius Christianae religionis dogma de SS. Trinitate constituit, (\*\*\*) cuius adeo naturam & reliqua sequi dogmata oportet. Quemadmodum enim, qualia principia sunt, talia etiam principiata sint, necesse est, ita & illorum dogmatum, quae sacratissima N. T. oracula tradunt, quaeque egregio inter se consensu conspirant, (\*\*\*\*) eadem conditio esse

---

*passent notre raison, avant qu'ils nous soient revelez, mais même après leur revelation ils conservent encore, & conservent toujours cette sublimité divine, qui les eleve tellement au dessus de la raison humaine, qu'a cet egard elle n'y sauroit jamais atteindre. Or c'est la precisement cette superiorité, que j'attribue à nos grands mysteres, la quelle suit visiblement de leur infinité, & qui subsiste toujours même après leur revelation. Conf. quoque p. 341. sqq.*

(\*) Matth. XVI. 17.

(\*\*) I. Cor. II. 11.

(\*\*\*) Rem satis per se extra dubitationem positam confirmare placet testimonio THEOD. DE BLANC l. c. p. 69. ubi inter alia inquit: *Ce grand mystere (de la Trinité) est donc celui, qui ouvre l'entrée aux autres mysteres, & quoique inexplicable & incomprehensible en lui même, il ne laisse pas d'être fondamental. Et p. 460. La Trinité; reduite ainsi à sa juste idée, est un mystere si essentiel à la religion chretienne, que sans lui la religion tombe entierement.*

(\*\*\*\*) Egregium doctrinae sanctioris nexum, nemo facile ignorare potest.



esse debet. Fac igitur clara satis in Trinitate omnia esse, nilque mysterii reliquum, nonne & ceterarum, quae cum illa cohaerent, doctrinarum eadem ratio erit, eadem conditio? Nonne fundamento mysterii experite, mysteriis quoque carebunt reliqua? Et nonne vel hac ratione ipsam divinam religionis originem in controversiam vocabis? Quod si vero mysteriis accensenda Trinitas est, nae vel sola haecce adpellatio omnem exulare iubet modorum distinctionem. Omnis enim mysterii cuiusdam explicatio, nisi imperscrutabile aliquid, & supra captum humanae rationis positum reliquerit, falsa nullo refragante atque erronea censeri debet. (\*) Possesse autem plures eidem subiecto modos inesse, posse plures ab eodem personas morales sustineri, cui, quaeso, difficile aut astrusum videri potest? Ipsa enim mentis nostrae consideratio sat luculentum exemplum praebet, nec est hic aliquid, quod humanam rationem moretur. Qui igitur suus hac ratione mysterio honos constabit?

§. IV.

Proscripta igitur modorum distinctione, quam nobis falso

---

potest. Testis est illa, quam toties Theologi inculcarunt, *fidei analogia*, quae nihil aliud est, quam *nexus, concentus, & summa praecipuorum doctrinae sacrae capitum sive articulorum fundamentaliū, qui, arctissimo inter se vinculo connexi, normam velut ac regulam constituunt, ad quam cuncta exploranda sunt atque exigenda*, definiente B. BVDDEO in *Inst. Theol. Dogm. P. I. L. I. c. 10. p. 47.* Scite etiam ait Doctiss. BÜLFFINGERVS in *Diss. de natura & legibus studii in Theologia Thetici §. 23. p. 9.* *Ordo salutis est sapientiae divinae opus, atque omnino sic cohaeret, ut altera pars intelligi ex altera possit.*

(\*) Fusius hanc rem persecutus Clariss. M. IO. ANDR. BVTSTETT, fautor & amicus meus aestumatissimus, in eleganti nec sine acumine exarato libro, cuius iam mentionem fecimus, ita inscripto: *Ver-*  
minff.



falso (\*) PAVLVS MATY tribuit, substantiarum ut am-  
M ple-

minstige Gedanken über die Geheimnisse der Christen überhaupt, und  
insonderheit über das Geheimniß der H. Dreieinigkeit. *Sect. I. Cap. III.*  
*§. XI. p. 77. & Sect. II. Cap. II. §. IV. p. 124.*

(\*) Quod enim ad antistites antiquioris attinet ecclesiae, tantum abest,  
ut *modorum* distinctioni faverint, ut nulli dubitaverint, naturas, in  
quas divinitas tributa esse legitur, *Substantias* vocare. Testis v. c.  
fit AVGVSTINVS *L. VII. de Trin. cap. 4.* inquit: *Dicuntur tres*  
*SUBSTANTIAE Pater, Filius & Spiritus S.* Et c. 6. *Quum dici-*  
*mus personam patris, non aliud dicimus, quam substantiam Patris.*  
Ita & TERTVLLIANVS *adversus Praxeam c. 8.* ait: *Quaecunque*  
*ergo substantia sermonis fuit, illam dico personam, & illi nomen filii*  
*vindico.* Porro quaerenti PRAXEAE: *Ergo das aliquam substan-*  
*tiam esse sermonem?* respondet: *Plane.* HILARIVS *L. VI. de Trin.*  
*Quapropter, inquit, tres substantiae sunt, Pater, filius & Spiritus S.*  
Aliis in locis RES vocant, ut AVGVSTINVS *L. I. de Doctr. Christ.*  
*c. 5.* dicens: *RES, quibus fruendum est, Pater & filius & Spiritus S.*  
Et *Tr. 29. in Ioann.* Sabelliani dicere ausi sunt, *Patrem & filium*  
*duo esse nomina, sed unam REM.* Si duo essent nomina, & res una,  
non diceretur, *mea doctrina non est mea.* Alibi NATVRAS adpel-  
lant. Sic HILARIVS loquitur *L. IX. de Trin.* *Profitemur, ex pa-*  
*tre eiusdem generis genitam naturam naturaliter in se, gignentem*  
*se habuisse naturam, quae in forma naturae se gignentis manens*  
*formam naturae atque infirmitatis corporalis acceperit.* Plura hac  
de re qui testimonia nosse cupit, adeat DIONYS. PETAVIVM *in*  
*Dogm. Theol. T. II. L. IV. c. III. IV. &*, qui multus hac in re pro-  
banda fuit, FAYDITVM, abbatem Gallum, in libro, quem inscrip-  
sit: *Alteration du dogme Theologique par la Philosophie d' Aristo-*  
*te, ou fausses idées des Scholastiques sur toutes les matieres de la re-*  
*ligion. 1696. forma octava.* Quemadmodum vero ob dictas loquen-  
di rationes Patribus Tritheismi macula a quibusdam viris doctis,  
ut WILHELMO SHERLOCKIO, IO. CLERICO, RAD. CVD-  
WORTHO, STEPH. CVRCELLAEO, aliisque adpersa fuit; ita &  
FAYDITO contigit. Scilicet, quum substantiarum in SS. Triade distin-  
ctionem nimis urgere videretur, Tritheismi etiam ipse a LVDOV.  
HVGONE, Regulari Praemonstratensium Ordinis Canonico, accu-  
satus est. Quam tamen maculam abstergere conatus est, in libro  
cui titulum fecit: *Apologie du Systeme des Saints peres sur la Tri-*  
*nité contre les Tropolatres & les Sociniens, à Nancy 1702. 8vo. ubi &*

M

Patrum



plectar distinctionem, necesse erit. Itane igitur novum eius Systema triumphabit? Non puto. *Absolutas*, quum tres hasce substantias necessario esse, PAULVS MATY crediderit, eiusmodi vero substantiarum multitudinem divina non admittat unitas & simplicitas, nil mirum est, duas inferiores substantias divinae eum essentiae adiunxisse. At, rationibus rite subductis, nec opus iisdem esse, nec sine magna temeritatis nota in subsidium illas vocari, apparebit. Quid enim, quaeso, impedit, quominus in una substantia *absoluta*, eaque *divina* plures *actu subsistentes naturas*, sed *relativas*, agnoscere possimus? (\*) Igitur uni-

---

Patrum hac de re loquendi modos excusare annititur. Tametsi vero in liberanda Patrum a Tritheismo sententia non erraverit FAYDITVS, quum non satis constans olim atque stabilis vocabulorum usus fuerit, teste, praeter alios, IO. DAMASCENO in *isagoge seu institutione elementari ad dogmata c. I. T. I. Opp. p. 515.* ubi inquit: *ὄντα καὶ φύσις καὶ μορφή κατὰ τὰς αἰγίας πατέρας ταυτὸν εἶναι*, & PETAVIO l. c. graviter tamen in eo fallitur, quod Scholasticorum aequae, ac nostram sententiam, SABELLI placitis nimium quantum favere, sibi persuadet. Fatemur, nimiae Scholasticos subtilitati studuisse: at sedulo tamen simul dederunt operam, ne in eo, quod caput rei est, a recto deflecterent tramite, id quod bene monuit B. IO. FR. BVDDEVS in *Inst. Th. Dogm. L. II. c. I. §. LV. p. 327.* Tres enim semper *personas* dixerunt esse, seu tres subsistentias, quas non adeo insipientes censendi sunt, ut pro modis sine subiecto, seu re, cui inessent, haberent, uti FAYDITVS existimat, sed *personae* vocabulo rem actu subsistentem, & insuper notis propriis atque caracteristicis gaudentem indicare voluerunt. Quo quidem sensu omnes etiam deinceps Theologi saniores loquuti sunt, & nos quoque hoc in loco loquimur.

(\*) Vid. hic B. IO. FR. BVDDEI *Inst. Theol. Dogm. P. I. L. II. c. I. §. 17. p. 284.* nec non Cel. LEIBNITIVS in *otio Hannov. p. 13. sqq.* & Doctiff. BVTSTETT l. c. S. II. c. II. §. VI. p. 127. Quibus addere iuvat verba B. GEORGII CALIXTI in *Epitome Theol. p. 69.* inquit: *Observandum est, quum dicimus, esse in divinis unam essentiam, tres vero personas, patrem, filium & Spiritum S. hasce voces non signi-*

unicam duntaxat numero divinam *essentiam*, seu, si ma-  
vis, *substantiam divinam absolutam* itatuimus, cuius ta-  
men ea est indoles, ut tres naturas seu subsistentias com-  
plectatur. Quae vero haud *absolutae* sunt, seu ex toto in-  
ter se segregatae, (\*) adeo ut, si, quod fieri tamen haud  
potest, una non existeret, altera nihilominus subsistere  
possit, sed *relativae*, tam indissolubili inter se vinculo  
coniunctae, ut eiusdem omnes *essentiae* individuae sint  
participes, ideoque seiunctim haud subsistant, sed unam

M 2

tan-

---

*significare quatuor res, verum unam tantum absolutam & tres re-  
spectivas. Illa vero una absoluta idem est, quod tres illae respecti-  
vae, & tres respectivae, quod una absoluta. Nequaquam enim de  
distinctione personarum, ut de aliis distinctis rebus, quae composi-  
tionem in creaturis faciunt, cogitandum est. Convenit enim his  
personis, non modo, ut secundum oppositionem relativam distin-  
guantur, sed simul, ut secundum rationem absolutam sint atque con-  
stituant quoddam unum simplicissimum, quae est ipsa essentia divi-  
na. Haec igitur essentia habet ex se, ut sint tres personae, & si-  
mul, ut sit quoddam unum simplicissimum. Neque haec pugnant,  
quia simplicitati solum obstat pluralitas, quae est tantum plurali-  
tas, & non simul etiam identitas. Ceterum dari inter substantias  
& modos aliquod medium, iam olim agnovit AUGUSTINUS di-  
cens: Quamvis diversum sit, patrem esse & filium esse, non est ta-  
men diversa substantia, quia haec non secundum substantiam di-  
cuntur, sed secundum relativum, quod tamen relativum non est ac-  
cidens, quia non est mutabile. Lib. V. de Trin. c. V. citante PETA-  
VIO l. c. L. IV. c. X. §. V. Taceo philosophos summos, PETR. GAS-  
SENDUM, IO. LOCKIUM & alios existimare, fieri posse, ut na-  
turae quaedam existant, quae nec ad substantias, nec ad modos pro-  
prie referri queant.*

(\*) Non itaque cum Anglis quibusdam, GVILIELMO praesertim  
SHERLOCKIO tres mentes infinitas, vel tres Spiritus & substan-  
tias individuas agnoscimus, quam sententiam Tritheismo patro-  
cinari docuit ZACHAR. GRAPIVS in *Theol. recens controversa P.*  
*I. c. II. qu. XIII. p. 128. sqq.* Non tres naturas individuas, & seorsim  
existentes docemus, sed tres naturas in una eademque essentia subsi-  
stentes, & indissolubili vinculo iunctas.



tantum substantiam *absolutam* constituent, & certis a se invicem *relationibus* distinguantur. Neque vero modos hasce relationes esse censendum est, seu varias unius tantum naturae adfectiones innuere, quod discrimen supra evertimus, sed *substantiales* sunt, naturas actu subsistentes adficiunt, eaque propter *verum* aliquod & *reale* discrimen constituunt. Haud igitur opus est, substantiarum extra divinam essentiam multitudinem quaerere, nec illa inter *absolutas* substantias & rerum modos distinctio, qua totum Cl. MATYI Systema nititur, ponderis cuiusdam est, quum inter has medium quoddam sit, *relativa* nimirum substantia. Sed novas fingere videbor substantiarum species, nusquam obvias, exemplumque desiderabitur eiusmodi naturarum. Fateor, nullum adferri posse, quod omni ex parte huic rei conveniat: at quis ideo neget, fieri posse, ut eiusmodi substantiae existant? Ecquis enim adeo lynceus fuerit abditorum naturae penetralium scrutator, ut adfines nullum, licet imperfectum, in tota, quanta est, rerum natura, exemplum inveniri, certo audeat statuere? Fac etiam, in hoc nostro orbe nullum extare: num omnes omnino, quae esse possunt, rerum species hoc terrarum ambitu continentur? Quis hominem sustinebit, temere iactitantem: Hoc fieri non potest: nam exemplum eius in orbe non reperitur! Nusquam existit; nam existendi me praeterit ratio! Ita qui concludit, is aut maiorem humanis viribus divinam potentiam esse negare, aut infinitam sibi, omnibusque numeris absolutam cognitionem arrogare debet. Ad Deum si haec referantur, multo etiam apparebunt firmitiora. Nimis enim immenso a rebus terrenis divina intervallo distant, quam ut ex illis haec aestimari queant.

*An profunditatem Dei invenias, aut perfectionem omnipotentis*

tentis invenias? *Altior est altissimis coelis, quid agas? Profundior sepulchro imo, quid cognoscas?* (\*) *Cui ergo adsimilaretis me, aut cui aequalis essem, ipse ait Sanctus.* (\*\*) Tantum abest, ut ex illis, quae hic sunt, & contingunt, divinam liceat metiri essentiam, ut, nisi infinita bonitate sua commotus, aliqua Deus nos luce instruxisset, ignota paene nobis illa foret. (\*\*\*) Constat inter omnes, neminem, nisi qui perfecte naturam rei alicuius callet, iudicare posse, quidnam ab ea abhorreat, quidnam vicissim, salva veritate, adscribi ei queat. (\*\*\*\*) At quis est adeo vecors & stolidus, ut absolutam divinae naturae cognitionem arrogare sibi queat? Quo igitur iure negaverit aliquis, fieri posse, ut eiusmodi, quas diximus, substantiae in divina natura locum habeant?

§. V.

Restat, ut & de veritate explicationis nostrae solliciti simus. Neque enim, quae esse queunt, ideo statim sunt, nec possibilis aliqua rei conditio impedit, quominus ipsa aliter constituta esse possit. Principium, ut aiunt, cognoscendi, nemo forte unus hac in re, praeter Sacram Scripturam aliud esse dixerit, eaque propter id potissimum negotii datum nobis existimamus esse, ut, duce sa-

M 3

cra-

(\*) Job. XI. 7. 8.

(\*\*) Ies. XL. 25.

(\*\*\*) Scite, ait, auctor iam allegatus libri: *The lively Oracles, given to us &c. inscripti, S. I. §. I. p. 1. God, as he is invisible by human eyes, so he is unfathomable by human understandings; the perfection of his nature, and the impotency of ours, setting us at too great a distance, to have any clear perception of him. Nay, so far are we from a full comprehension, that we can discern nothing at all of him, but by his own light; those discoveries, he has been pleas'd to make of himself.*

(\*\*\*\*) Legi possunt, quae hac de re differuit THEOD. DE BLANC in *principes contre les Sociniens Sect. IV. c. XX. art. III. p. 382. sqq.*



crarum literarum testimonio, non quidem *extra* Dei essentiam, sed *intra* eandem tres quaeri debere naturas divinas commonstremus. Familiam ducit notabilis illa baptizandi formula, qua *in nomen Dei patris & filii & Spiritus S.* sacro tingendos lavacro homines sospitator sanctissimus praecepit. Trium hic mentionem iniici, eorundemque a se invicem distinctorum, neminem, nisi qui copulantis particulae vim ignoraverit, negaturum existimo: nec, fatente ipso MATYŌ, in controversiam hoc vocari debet. Omnis itaque rei cardo in hoc vertitur, ut, quales potissimum tres illos censere deceat, an eiusdem essentiae individuae participes, an vero extra illam constitutos, aequa nunc iudicii lance ponderemus. Varie quidem ab interpretibus explicatur haec formula: *In nomen patris & filii & Spiritus S.* & nulla tamen, dummodo rite fuerit expensa, explicatio, quod memini, extat, quae patrocinium Matyano adferre possit Systemati. Sive enim *mandatum & potentia* eorum, in quorum nomen baptizari iubemur, intelligatur, sive, quod cum illis paciscimur, foedus, uti Cl. vult MATYVS, (\*) nihil praesidii exinde huic Systemati enascitur. Fac enim, quod Vir Cl. vult, unam esse in Trinitate naturam infinitam duasque finitas, utrum sola natura infinita in hac formula

---

(\*) *Doctrine de la Trin. ecl. P. I. p. 120. Le Batême, inquit, est un acte solennel, par le quel Dieu & le fidele declarent, qu'ils entrent l'un avec l'autre dans cette alliance du salut, dont Iesus Christ est le Mediateur, & le Plegé. - - - Ainsi cette expression: Etre batisé au nom de quelqu'un signifie, que par le batême on declare, que l'on est entré en alliance avec celui, au nom de qui l'on reçoit le Batême. Eandem fere sententiam fovet THEOD. DE BLANC l.c. p. 59. sqq. dicens: Etre batisé au nom du pere du fils & du St. Esprit, c'est être consacré à leur nom, à leur gloire, à leur culte, pour les servir religieusement.*

la intelligi debet, an vero in duarum simul finitarum nomen baptizari iubemur? Duas simul intelligi naturas finitas, Doctiss. *MATYVS* adfirmare haud ausus est. (\*) Quomodo enim gratiae spiritualis, aeternaeque salutis foedus inter naturas finitas ab utraque parte constabit? Et qua ratione implendis pacti conditionibus par finita quaedam natura, licet angelica sit, erit? Aut si mandati sensus obtineat, num tu dignum Deo existimaueris esse, in gloriae suae societatem res finitas & creatas recipere? Idem ille, qui gloriam & honorem, uni sibi debitum, aliis se datum esse negavit, (\*\*) paremne mandandi auctoritatem finitis largiri naturis potest? Aut, num forte minus valida infiniti numinis iubendi potestas est, ut ab interioribus mentibus aliquid ponderis accersere illam oporteat? Sola igitur, iuxta Systematis novi normam, infinita natura baptizandi praeceptum praescripsit. Hoc si verum, quorsum ter repetita unius eiusdemque naturae adpellatio? Nonne validum aequè mandatum erat, vel semel duntaxat divino nomine expresso? Aut num addere robur diversa unius naturae adpellatio praecepto poterat? Et quid sibi vocabula *patris*, quid *fili*, quid *Spiritus S.* volunt, quum tamen unica tantum substantia intelligenda sit? At tres, inquis, subsistendi modos illa unio cum infinita natura constituit, ideoque triplex nomen adhibetur. Subtilia haec sunt, sed facile diluuntur. Dabunt, qui ratione valent, omnes, sapientem, qui tres indicare vult

---

(\*) L. c. p. 118. inquit: Dans toute alliance il y a deux parties contractantes. Dans celle, dont nous parlons, il y en a aussi deux. Le fidele, qui y entre, est l'une de deux parties, Dieu seul est l'autre partie, & c'est avec Dieu seul, que cette alliance peut être contractée.

(\*\*) Ies. XLII. 8. XLVIII. 11.

vult naturas diversi gradus & generis, ita loqui debere, ut discrimen, quo illi seiunguntur, appareat, ne in errorem legentes vel audientes inducat, nulloque modo tres hasce naturas uno dicendo genere complecti, & eodem quasi gradu collocare debere. Haec qui modo observaverit, is, quantum in hoc loco ponderis sit ad universum Systema MATYI destruendum, & omnes eius subtilitates enervandas, statim intelliget. Magno, ex eius sententia, discrimine, pater, filius & Spiritus S. distant. Pater summus & infinitus est Deus: filius & Spiritus S. duae tantum sunt finitae naturae, cum infinito Deo quodammodo sociatae. Itaque IESVS, ut sapienter & ex praescripto rationis loqueretur, ita debuisse hanc formulam instruere, ut hanc differentiam omnes statim intelligerent, & assequerentur, neque secus de Deo, quam fas est, sentirent. Sed nihil ille minus facit, verum patrem, filium, & Spiritum S. ita sociat & iungit, ut eos aequet, & nullo modo inter se distinguat. Ex quo quidem perspicuum est, tres hasce naturas, unius esse generis, ordinis, gradus, doctissimumque virum manifesto falli, qui ita eas dissociat, ut maximo distent intervallo. Tantum igitur abest, hic ut locus contra nos faciat aliquid, quomocunque explicetur, ut potius totum hoc dogma solus evertat, nostramque sententiam, qua tres substantiae relativae in uno Deo ponuntur, praeclare fulciat. Iungimus huic loco *Ioanneum* illud effatum, quo *tres in coelo testes, eosque unum esse*, vir sanctus adseruit. (\*) Equidem non ignoro, esse hunc ex illis locum, qui dubiae quibusdam & ambiguae fidei esse visi sunt; sed quum minime dubiis, si quid iudicare valeo, rationibus divinam eius ori-

---

(\*) 1. Ioh. V. 7.

originem praestantissimi iamdudum viri evicerint, (\*) nec ipsemet Cl. MATYVS eandem inficiari audeat, (\*\*) tuto etiam quin hocce oraculo utar, nullus dubito. Igitur tres in caelo testes sunt, & quales quaeso? Si ex viri eruditi, quem oppugnamus, sententia spectari debeant, vel unicum numero Deum, diversa se ratione manifestantem, vel duas simul, quibuscum se inexplicabili modo coniunxit, naturas finitas hoc testimonium perhibuisse oportet. Vnicam si intelligas divinitatem, unum modo testimonium habebis. Ergo duas simul naturas finitas hos inter testes referre oportet. Sed nulla plane nota hi testes a se, tanquam inaequales, disparisque gradus & ordinis secernuntur: quo iure vero aequo gradu omnes collocasset Apostolus, si diversas tamen naturas voluisset intelligi, praesertim quum multiplicati numeri diversas rerum species haud indicent, ipso iudice Cl. MATYO? (\*\*\*) Aut, num divinatos per se hunc sensum homines esse, vero erat simile? Ipsa testimonii ab infinita una, & duabus finitis naturis editi, dispar auctoritas, apertam omnino discriminis huius mentionem postulabat: aut qua ratione alias, nullo discrimine facto, Dei ipsius testimonium

N

nium

(\*) Praestiterunt id praeter B. IO. GERHARDVM in *Diff. Theol. bipartita ex hoc dicto*, DAVIDEM MARTINI in *duabus Diff. criticis*, quarum prima est in 1. Ioh. V. 7. KETTNERVM in *Vindictis novis dicti vexatissimi de tribus in caelo testibus*, aliosque, B. IO. FRANC. BVDDEVS in *Inst. Theol. Dogm. L. II. c. I. §. XLVI.* & THEOPHILVS ALETHAEVS *l.c. T. VI. p. 195. sqq.* ubi & fata huius dicti recensuit.

(\*\*) Ita enim loquitur in *Doctrine de la Trin. ecl. P. II. p. 68. Je n'ignore, que c'est un sujet de doute entre les Critiques, si ce passage est de l'écriture, ou s'il y a été inferé. Mais une chose, que l'on ne sauroit nier, c'est, que ce passage ne renferme rien, qui ne soit contenu dans d'autres.*

(\*\*\*) Vid. supra Cap. II. §. 2. p. 50.



nium illud adpellare licuisset? (\*) Neque vero solum non distinguuntur, sed & prorsus *unum* tres isti testes esse dicuntur. *Vnum* vero esse, quid aliud indicat, quam unam essentiam, unam naturam absolutam efficere? Talis unitas de finitis, quas ille dicit, naturis praedicari nullo pacto potest, utpote quae non absolute & per se, sed habito tantum certo respectu, unum constituere valent. Quod si vero respectivam hanc unitatem indicare voluisset Apostolus, nonne commodiori magisque restricto opus erat vocabulo? Magno discrimine terrenos testes a coelestibus ille seiungit, illos *ἐἰς τὸ ἕν* esse, seu uni veritati testimonium praebere, & ad eundem finem facere, hos vero absolute *ἕν* esse pronuntiat. Num ille, qui magna cum prudentia diversis utitur vocabulis, ne diversi hi testes confundantur, generaliori nimisque laxa voce usus fuisset, si certa tantum ratione unum illos esse, indicare voluisset? Nonne generalem verbi potestatem arctioribus includere decebat finibus? Imo vero, cur absolute Servator ipsemet, se cum patre *ἕν* esse adseruit? (\*\*). *Absolute* igitur positis vocabulis, *absoluta* quoque unitas intelligenda est. Et nonne igitur idem haec verba significabunt, ac si, in una eademque essentia divina tres hasce naturas subsistere, dixisset Apostolus? Iudicent hinc, qui sapientes sunt, utrum sacri Codicis vestigia adeo longe deseruisse putandi sint, qui *intra* ipsam divinam essentiam contineri personarum distinctionem docuerunt. Iudicent, an *absolutae* quaedam *substantiae*, uti vult Cl. MATYVS, praesidium ex sacris petere queant paginis. Possent pluribus N. T. dictis eadem veritas comprobari, sed pergere brevitatis iubet studium.

§.VI.

(\*) Comm. 9.

(\*\*) Ioh. X. 30.



Alterum, quod orthodoxis exprobravit Vir Clarissimus, id est, quod *inaequalis* ab illis negatur *divinarum personarum dignitas*. (\*) Militare nimirum pro hac disparitate ipsa tam *generationis*, quam *processionis* vocabula, tam firmiter sibi persuadet, ut, quocunque demum modo explicentur, necessario imperfectionis ideam in animo relinquere, illa adferat. Verum aliam sententiam rei ipsius, quae mysterium est, natura a nobis flagitat. Quippe omnes, quas linguae suppeditant, voces, ideo tantum excogitatae sunt, ut signa adsint, quorum auxilio complicatas animi notiones cum aliis communicare homines possent; ideoque nihil, nisi quae cognita hominibus, atque inter illos obvia fuerunt, haec vocabula designare possunt. Ecquis vero mysteria, ecquis divinae essentiae indolem, antequam Deus de illa nos erudiret, perspexit? Fieri itaque aliter non potuit, quin nominibus ad describendas haec res sat opportunis linguae omnes destituerentur. Deus interim consuetis inter homines loquutionibus usus est, ut uberiori essentiae suae notitia eosdem imbueret. Quid inde aliud consequitur, quam hoc: Similitudinem duntaxat ostendere, & essentiam divinam quodammodo adumbrare, minime vero plenam atque perfectam cognitionem largiri haec vocabula posse? Applicentur haec ad rem praesentem. Genitam a prima divinitatis persona alteram esse, non diferta modo codicis sacri verba, sed etiam Patris & filii, quae toties occurrunt, adpellationes indicant. Quonam sensu accipi debet haec descriptio? Quid pater, quid filius inter mortales sit, novimus: ast num ideo statim, quid in Deo hisce verbis

N 2

desi-

(\*) Conferri poterunt, quae de ista Cl. MATVI sententia, supra diximus Cap. II. §. III. p. 53. sqq.



designetur, cognitum atque exploratum habemus? Finibus homines non carent, Deus vero infinitus est: corpore circumdati sumus, & certis organis praediti: nihil horum in Deo est. Quisnam igitur, quum de Deo sermo sit, de *propria*, eoque sensu, qui inter homines obtinet, accepta *generatione* cogitabit? Num vero, si de Deo praedicantur, cassa mente vocabula sunt? Repugnabit necessaria infiniti Numinis in revelando sapientia. Commodissima omnino, maximeque opportuna haec vocabula censere oportet. Etenim, quum nulla rei huius idea hominum mentibus antea obversaretur, nulla quoque vocabula aderant, quibus opportune satis exprimi illa potuisset. Rebus autem ita comparatis, quid facere oportebat Numen sapientissimum, de interiori essentiae suae habitu homines quodammodo instructurum? Nihil certe aliud, quam quod ipsimet facere solemus, qui, verbi causa, coecum a nativitate de coloribus instruere tentamus. Scilicet imagines afferimus & similia, quorum cum coloribus comparatione facta, erudire illum studemus, quum propriis non liceret vocabulis. (\*) Ita quoque  
Deus,

---

(\*) Mutuati hanc comparationem, alias non ignotam, sumus a viro REV. GEORG. BERNH. BÜLFFINGERO in sermone de mysteriis Christianae fidei *generatim spectatis*, Tubingae recitato 1732. p. 14. ubi egregie eam explicat. Eandem fere nobiscum sententiam tenet ROBERTVS IENKINVS, Anglus, in libro, quem inscripsit: *The reasonableness and certainty of the Christian religion* Ed. IV. Londini 1715. forma octava, Vol. II. p. 425. ubi inquit: *We have nothing farther revealed to us of the generation of the Son, but that he is begotten, or has receiv'd the divine nature from the Father in some such way, as for want of a fitter word, we can best understand by the term of generation, and the scripture teacheth us no more of the procession of the holy Ghost, but that he is not begotten of the Father, as the Son is, but proceeds from the Father and the Son,*  
some

Deus, quum melioribus & ad rem explicandam aptioribus verbis linguae carerent, commodiffimas & maxime idoneas imagines eligebat, toti quidem rei naturae haud respondentem, sed proxime tamen ex omnibus ad eandem accedentes. Omnino igitur aliquid significant, sed simili quodam & analogico sensu accipiendae hae loquutiones sunt: ita ut aliqualis, tametsi haud perfecta, inter divinam atque humanam generationem convenientia esse debeat. Quatenam vero haec convenientia est? quatenam analogia? Fateor, nullam me responfionem habere, nec dari aliquam posse. Quod si enim comprehendi illa a fi-

N 3

nitis

some other way, and not by generation. But as he, that would discourse to a Man, born blind, concerning light, must use many very improper expressions, to make himself, though never so imperfectly, understood; so it is here. We have no words, that are proper, but these are sufficient, to teach us all, which we are capable of knowing, at least all, that is necessary for us to know of the Godhead. Conf. p. 428. Quibus adiungere placet verba THEODORI DE BLANC in principes contre les Sociniens T. I. p. 544. qui ita loquitur: Nous ne pretendons pas comparer la Generation eternelle, aux generations des choses crées. Il s'en faut infiniment. Veut on dans cette difference infinie appeller ces dernieres des generations proprement dites, & l'autre une generation improprement ainsi nommée, par rapport à l'idée ordinaire de generation? On ne demandera rien, que nous n'accordions. Non, que nous ayons pour cela, que le mystere en lui même soit quelque chose de Metaphorique, ou une generation Metaphorique & figurée, telle quelle est par exemple la Generation spirituelle, mais pour avouer au moins, que le nom, le titre & l'idée ordinaire de generation ne sont ici appliquez, qu'en un sens metaphorique & figuré: y ayant une difference infinie entre l'idée, que nous avons de la generation des creatures, & celle, que nous aurions de cette generation eternelle, s'il nous etoit possible de la concevoir. De sorte que la Metaphore ou la figure ne tombe que sur le mot, & sur l'application qu'on en fait, & non pas sur la nature de la chose, ou du mystere même. Conf. Doctiff. BVTSTETT l. c. Sect. II. Cap. II. §. VII. sqq.



nitibus potuisset, nullus dubito, quin communicaturus cum hominibus hanc notitiam Deus fuisset benignissimus. Minime vero potuisse, partim humanae rationis imbecillitas infinitas res haud capientis, partim ipsa mysterii docet indoles. Simulatque enim haec declarata fuit convenientia, num adhuc mysterium constabit? num imperscrutabile aliquid relinquetur? Atque hinc patescit, bene fecisse, qui ex antiquis ignorantiam suam huius rei professi sunt: (\*) nec utilem & successu comitatam illorum solertiam fuisse, qui in definienda hac congruentia tantum operae collocarunt. Damus Cl. MATYO, *essentiae communicationem*, quemadmodum *scholastici* doctores generationem definiverunt, ex nostris opinionibus aestimatam & nostro ex conceptu, imperfectionis specie non carere: damus reliquas omnes, quae quidem extant, definitiones eodem vitio laborare: an vero ipsi ideo rei, quae per haec vocabula quodammodo adumbratur & exprimitur, imperfectio exprobranda est? Simi-

---

(\*) Omnes, qui antiquis temporibus vixerunt, ecclesiae doctores, adeo caute hac in re versati sunt, ut nullo prorsus modo eam definire aucti sint. Ita HILARIUS ait: *Non putet homo sua intelligentia generationis Sacramentum posse consequi.* L. 1. de Trin. sub initium. AMBROSIVS: *Impossibile est generationis scire secretum.* Lib. I. de fide cap. V. ATHANASIVS Orat. 3. *Indecorum, inquit, est, quaerere, quomodo ex Deo verbum existat; aut quomodo sit Dei splendor, aut quomodo generet Deus: & quid sit modus generationis Dei. Insanus enim sit, qui talia audeat, cum inexplicabilem rem, ac divinae naturae propriam, solique ipsi & eius filio cognitam oratione declarare conetur.* GREGORIUS NAZIANZENSIS Orat. I. de filio, dicit: *Dei generatio honoretur silentio. Abunde tibi magnum est scire, cum esse genitum: quo autem modo genitus sit, ne ipsis quidem angelis, nedum tibi intelligere concesserim.* Vid. PETAVIUS Dogm. Theol. T. II. L. V. c. VI. Et cui ignotum est illud BERNHARDI: *Quid sit nasci, quid processus, me nescire sum professus.*

Similia atque imagines afferuntur : quum vero comparatio rerum instituitur, non ex toto, sed ex aliqua tantum sui parte ad se invicem res referuntur. Quicumque igitur alterius ex altera proprietates explicare vult, illum nosse omnino oportet, quam ex parte instituenda sit comparatio, ubinam terminanda. Num vero in interiorum huius comparationis naturam penetravit vir doctissimus? Num, quo pacto rem divinam cum humana imagine conferre oporteat, filente Sacra Scriptura, certo poterit statuere? Quod si fieri nequit, certe nec imperfectionis divinam arguere generationem licebit. Ecquid enim praedicari de re quadam potest, cuius naturam ignoramus? Et quis hominem ferret, ita ratiocinantem: Res, quam prorsus non intelligo, his vel illis proprietatibus instructa est. Pari modo de processione Spiritus S. iudicandum est. Fatentur, qui faniores sunt, nullam huius vocabuli notionem adaequatam in sacris literis tradi, ideoque nec definiri eandem posse. Quonam igitur iure, quae illi adhaereant, proprietates enumerari possunt? aut quo pacto, quum ipsa processionis natura lateat, imperfectionis illam accusare licebit?

§. VII.

Superfunt alia, quibus stabiliri sententiam suam vir doctus existimat. Factum scilicet ad declarandam divinarum personarum disparitatem fuisse, arbitratur, ut a patre cuncta accepisse, missi ab eodem esse, nec suam, sed patris gloriam quaerere, filius aequae atque Spiritus S. dicantur. (\*) Solent quidem de humana Christi natura pleraque haec dicta intelligi: verum displicet ipsi haec expli-

(\*) Conf. quae supra de hac eius sententia diximus, Cap. II. §. III. p. 55. sqq.

explicatio : contra censet, de ipso Dei filio his in dictis sermonem esse. Sed temere illum iudicare, ipsa res docebit. *Datam sibi omnem, tam in coelo, quam in terra, potestatem esse*, ipsemet Servator, *capite XXVIII. Matthaei com. 18.* adserit. Temporis, quo haec verba eloquitur, ratio postulat, ut de humana ipsius natura explicentur. Postquam enim absoluto humanae redemptionis opere, vivum se rursus discipulis stiterat, exaltationis, ut vocant, statum iam erat ingressus, & per ipsam, qua homines Deo reconciliaverat, atque a peccatorum reatu liberaverat, satisfactionem, Dominus illorum atque rex evaserat. Quippe per passionem mortis gloria & honore eum coronatum, (\*) eaque de causa, quia se ipsum exinaniverit, & ad mortem usque obediens fuerit, a Deo exaltatum esse, (\*\*) PAVLVVS adserit. Ipsemet Servator per passionem ingredi in gloriam semet debuisse, testatur; (\*\*\*) imo vero ad dextram Dei seu ad maiestatem divinae gloriae collocatum esse, plura N. T. loca confirmant. Nonne de humana Servatoris natura haec dici, clarum est? Loquitur praeterea hoc in loco cum discipulis, humano corpore indutus, & mandata illis iniungit. Nonne ipsa res flagitabat, ut iam iam discessurus, secundum humanam etiam naturam gloria & iubendi potestate se pollere, illis testaretur? Nonne certiores illi de absoluto plane redemptionis opere fieri debebant, si humanam nunc naturam plenum recepisse divinarum proprietatum usum doceret? Haud aliter de potestate, quae tributa Christo esse *I. Cor. XV. com. 27.* legitur, censendum est. Adeo enim aperte hic locus humanam Christi naturam respicit, ut qua ratione hoc negari possit, obscurum plane sit. De Christo loquitur Apostolus, a morte resuscitato : nonne huma-

(\*) Hebr. II. 9.

(\*\*) Philipp. II. 9.

(\*\*\*) Luc. XXIV. 26.



humanam haec naturam arguunt? De eodem igitur illa etiam, quae sequuntur, intelligenda sunt. Quod si fiat, nonne a Deo exaltatam Christi humanitatem omnique gloria insignitam esse, docere voluit Apostolus? Quando autem *omnis divinitatis plenitudo habitasse in Iesu* dicitur, in epistola ad Colossenses Cap. I. com. 19. qui, quaeso, melius, quam de humana eius natura poterit intelligi? Nonne enim arctissima facit duarum naturarum unio, ut habitasse in humana natura omnes divinitatis perfectiones, quae πλήρωμα a S. PAVLO dicuntur τῆς Θεότητος, credendae sint? Nonne, quod adducitur sequenti capite com. 9. vocabulum σωματικώς extra controversiam rem collocat? Sed *mitti tamen a patre Christus dicitur!* Neque hoc impedit, ne in veteri maneamus sententia. Quum missus & mitti dicitur CHRISTVS, munus eius propheticum plerumque indicatur. Atqui hoc in statu exinanitionis gessit: ex hac igitur phrasi concludi nequit, eum ipsa natura inferiorem patre esse. Quid enim obstat, quominus aliquis ad certum tempus se demittat, & in eo statu, saluo gradu & honore suo, ab alio mittatur? At, *nihil tamen efficere potest filius, nisi quae a patre vidit*, teste IOANNE capite Evangelii sui Vto com. 19. Tantum abest, ut disparitatem haec indicent, ut potius aequalem illorum dignitatem egregie stabiliant. Neque enim ad opera patris, tanquam ad archetypum & exemplar aliquod, respexisse Christus dici potest. Num enim antea mundum fabricavit pater, ad cuius exemplum huncce orbem extrueret filius? Aut, quomodo antea sanasse leprosos, visum coecis dedisse, mortuos ad vitam revocasse, & similia fecisse, pater dicendus est? Ad ipsam potius, quam de patre filius cognitionem habuit, referre hoc dictum oportet. Nihil novit filius a se praestari, quin & eadem

O

poten-

potentia pater polleat : nihil facit , quin & patris , quae eadem numero cum potestate filii est , potentia cooperetur. Nonne vel hac ratione aequalem utriusque potentiam iste locus indicat ? De Spiritu S. pauca monere sufficit. Etenim *missionis* vocabulum processioni respondet. Hac vero ignota , quid , quaeso , de ipsa missionis natura licebit statuere ? Num unam rem ignotam ex altera aequae obscura possumus intelligere ? Aut , num de re prorsus incognita temere , qualis illius conditio sit , adfirmare licet ? Neque magis obstat , quod *sua a filio accepturus* Spiritus S. dicitur , in *Evangelio Ioannis cap. XVI. com. 14.* Quid enim annuntiavit ille , nisi doctrinam de Iesu Christo ? De filio itaque sumere , nihil aliud est , quam doctrinam ab isto propositam quoque suam facere , eandem annuntiare , confirmare & propagare. Parum itaque roboris Matyano Systemati inde accedit , quum nostrum potius insigniter confirmetur. Hinc vana sunt & frustranea , quae de *consensus & oeconomiae* vocabulis , quae ex sententia Systematis nostri nil significare contendit , disputavit Vir Clariss. Tres enim in divina essentia naturas agnoscimus : hae vero , quin pacisci inter se possint , tametsi pacti eiusmodi inter divinas personas initi rationem haud prorsus adsequamur , quis dubitabit ? *Ordinis* interim *prioritatem* tenemus , & quid , obsecro , in eo peccavimus ? Num dispares illos esse , ea indicat ? Haud putaverim. Cogitet modo , Vir Cl. numeros multiplicatos , si numerandi sunt , pronuntiari aliter non posse , quin unus ante ceteros efferatur. Misceantur illi , quamdiu placet : si verbis exprimendi sunt , unus necessario praecedere , reliqui hunc excipere debent. Recenseri igitur aliter tres istae naturae in sacris literis non poterant , quam ita , ut una primum inter ceteras locum occuparet. Num autem vi-

tupe-

tuperandi sumus, qui eundem cum Sacra Scriptura harum personarum ordinem servamus? Hunc igitur, qui ex ipsa numeratione fluit, ordinem tenemus, alium qui dispares illos faciat, nescimus.

§. VIII.

Posteaquam igitur vindicata ab exprobratis difficultatibus nostra sententia est, ordinis nunc ratio postulat, ut, quibus potissimum morbis Matyana doctrina laboret, succincte indicemus. Principio summam illi hoc invidiam conciliat, quod scriptura favente haud utitur, nullisque divinorum scriptorum testimoniis fulcitur. Fateor, aliquam sententiae suae speciem ex sacris paginis virum doctissimum comparare: sed bone Deus! quam longe petita illa sunt, quae in rem suam ex illis affert, quam coacta, per quam longam consequutionum seriem non derivata, sed expressa! Ita si instituenda sacrarum literarum interpretatio est, facili negotio, quaecunque libuerit, in iisdem reperies. At cave, ita sis in sapientiam summi Numinis iniurius! Traditos hominibus revelationis libros ea de causa fuisse, ut necessariam ad salutem notitiam inde hauriant, extra controversiam positum est. Libros autem, qui ad instruendos alios, etiam rudiores, componuntur, perspicuos omnino, planos & intellectu faciles in illis locis, quibus summa salutis continetur, esse oportet. Itane ergo obscure veritates, quae maximi ponderis sunt, in illis proponi debent, ut hypothesis ante excogitanda sit, quam verum illarum sensum possis assequi? Imo, si vel maxime ad legitimam interpretationem nonnullae interdum suppositiones requirantur, num adeo illae reticere debent, ut ne minima quidem divinandi illas suppeditetur occasio? Frustra sinceri & sapientis nomen



expectabit, qui inter homines isto scriptio-  
 nis genere utitur: at longe tamen indignius Deo est, qui res summi  
 momenti, quasque cognoscere omnium intererat, tradere  
 adgressus est. Haec, velim, secum expendat Vir Claris-  
 simus. Duas ille nobis naturas angelicas ficit, conditum  
 ante orbem productas: verum sacrae de illis silent pagi-  
 nae: Societas illas cum divinitate contendit esse: sed ne  
 verbulo quidem huius unionis divini scriptores memine-  
 runt. Interim tamen adeo necessaria illarum notitia est,  
 ut, ex eius sententia, nulla vera Trinitatis explicatio locum  
 sine illa habere possit. Quare igitur omnem rei huius  
 mentionem a sacris paginis abesse Deus voluit? Num  
 rem adeo gravem humanis relinquere potuit ingeniis?  
 Hoc si fecit, aut studiose homines perpetuis fluctuationi-  
 bus subiicere, aut humani ingenii naturam ignorare eum  
 oportuit. Quantae enim non sunt humani ingenii ludi-  
 ficationes, ubi aequa coniiciendi potestas est? Mira est in-  
 geniorum diversitas, mira mortalium ad laxanda illi fre-  
 na propensio: num igitur fieri absque miraculo poterat,  
 ut, sibimet ipsis relictis, in unam eandemque divinationem  
 incredibili animorum consensione inciderent? Aut, non-  
 ne aeternis rixis ansam Deus praebuisset, si normam haud  
 tradidisset, ad quam exigi atque examinari hae coniectu-  
 rae potuissent? Quod si etiam concedamus, esse in divi-  
 nis libris, unde speciem aliquam finita filii nondum incar-  
 nati natura sibi conciliare possit, nihil tamen Vir Cl. inde  
 lucrabitur. Tacere enim illos de circumscripta Spiritus  
 S. natura, sponte concedit: (\*) nonne vero ipsum  
 hoc silentium scrupulos aequae magnos in animis morta-  
 lium excitasset? Nonne idem ius fuisset, hypothesin reii-  
 ciendi, cuius necessaria quaedam pars non indicatur,  
 quod

---

(\*) Conf. supra Cap. II. §. VI. p. 68.

quod aliis fuerat, ideo eam amplectendi, quia una pars obscure tradita in sacris literis videbatur? Pari igitur fortuna vel aeternum homines dimicassent, & quis demum finis, quis pugnandi modus fuisset? Nova sane revelatione homines indiguissent: hanc vero quis sapienti Deo dignam esse existimaverit? Quae quum ita sint, neque hominibus bene Deum voluisse autumo, si de re scitu necessaria, facilique negotio declaranda, certiores illos facere recusasset, neque sapienter eum egisse, si in tantam illos incertitudinem coniecisset. Sed habet tamen non nihil Vir Cl., quo hypotheseos suae veritatem demonstrat. Scilicet explicationem aenigmatis, quae solvendis omnibus eius nodis satisfaciat, veram omnino & minime dubiam esse existimat. Sed facile ex ante dictis haec dilui possunt. Quis enim aenigmata a Numine sapienti, serioque de instruendis mortalium mentibus cogitante expectabit? Varias aenigmata interpretationes suscipere, multisque modis, si enodanda sunt, hominum mentes torquere, sciunt omnes. Nullum igitur in eiusmodi libris sibi locum vindicare possunt, quos planos & intellectu faciles esse decet: ideoque nec in illis, quos divina nobiscum communicavit bonitas. Equidem mysteria illi tradunt, haec vero, qui aenigmata esse pronuntiant, graviter sine dubio falluntur. Ea nempe aenigmatum conditio est, ut, quae perspicue afferri & declarari poterant, ambiguis vocabulis tegant, facilia abstrusa reddant, notissima satisque obvia pro ignotis captuque difficilibus venditent. Mysteria autem rei abstrusae & nemini uni cognitae notitia homines imbuunt, eandem, tametsi plene ac perfecte comprehendendi a mortalibus nequeat, ita tamen declaratam sistunt, ut, quid statuendum generatim de illa sit, intelligere homines possint. Haec optime cum revelationis fine



congruunt : exulare vero aenigmata prorsus ab illa oportet.

§. IX.

Sed negat tamen vir clarissimus, Scripturae S. auxilio sententiam suam destitui : videamus igitur, quid in promptu ipsi sit. Novi foederis libri minus quidem ei favent : at clarius dogma suum & praecisa omni dubitatione in antiquo declaratum esse, existimat. Angeli scilicet nomen, quo toties Dei filius insignitur, finitae naturae indicium esse, tributas vero eidem angelo infinitas affectiones necessario illius divinitatem arguere, tam confidenter pronuntiat, ut, firmissimum hoc sententiae suae munimentum nullo modo convelli posse, arbitretur. (\*) Verum sunt, quae nos impediunt, ne manus statim demus. Mysteria nimirum, etsi sufficienter ad salutem fidelibus V. T. cognita fuerunt, clarius tamen & maiori perspicuitate in novo foedere scripta legi, quam in antiquo tradita fuerunt, constans & simul solida Theologorum opinio est. Quare metuo, ut perspicuam doctrinae suae explicationem, quam frustra in N. T. quaesivit vir doctissimus, tutius ex antiquo derivare possit. Sed mittimus hoc argumentum, concedemusque, summam in hisce locis V. T. claritatem esse : qui, quaeso, evenit, ut iis in locis, quibus ex instituto hac de re nos instruere Deus volebat, saltem non eadem perspicuitate uteretur ? Cur non eadem in N. T. vestigia reliquit, ex quibus veram doctrinae huius indolem perspicaciores possent percipere ? Quare illa, quae in antiquo foedere dicta erant, non repetiit ? aut, cur saltim, respicienda praesertim illa dicta esse, non subindicavit ? Nonne generatim iam hinc apparet, lubricum multisque dubiis obnoxium fundamentum

(\*) Conf. supra Cap. II. §. VI. p. 66. sqq.

mentum esse, cui totum tamen Systema suum superstru-  
xit vir Clarissimus? Sed propius considerata res est.  
In confesso apud orthodoxos & supra omnem dubitatio-  
nem positum esse existimat, quum angelus in V. T. ap-  
paruisse, & ipsius Dei voce loquutus dicitur, non alium,  
quam Dei filium intelligi debere. At quot rerum perit-  
tos hac in re secum consentientes habebit? Quot enim,  
& quanti extiterunt viri, qui nonnisi de creato quodam  
angelo haecce effata exposuerunt? Num fugere haec vi-  
rum poterant doctissimum? Novimus AVGVSTINVM,  
(\* ) novimus megalandrum nostrum LVTHERVVM, (\*\*)  
novimus IO. BRENTIVM, (\*\*\*) novimus GEORG. CA-  
LIXTVM, (\*\*\*\*) novimus innumeros alios, de angelo  
creato ista loca interpretari. Num ergo communis, o-  
mnium-

(\*) Fugere neminem potest, AVGVSTINVM, ut illorum, qui ab  
ARIJ partibus stabant, tela confringeret, omnia haecce loca non de  
CHRISTO, sed de creato quodam angelo explicuisse. Aperte eius  
sententiam indicant verba, quae *Lib. II. de Trin. circa finem, Lib.  
III. de Trin. cap. X. & XI. Tr. 29. in Ioann. & in oratione de quinque  
haeresibus* leguntur, quae tamen ut huc transcribamus, eo minus ne-  
cesse est, quum omnia iam dum enarraverit B. GEORGIVS CA-  
LIXTVS loco mox allegando. Ceterum conferri de hac AVGV-  
STINI sententia potest B. BVDDVS in *Isagoge Historico-Theolog.  
Lib. Poster. c. 7. p. 914.*

(\*\*) Extant verba eius satis manifesta in *commentario in epist. ad Ga-  
latas cap. III. com. 19. T. IV. Lat. nec non in Tom. IV. Germ. Ienensi  
f. 496. & Tomo I. Islebiensi fol. 294.*

(\*\*\*) In *comment. ad Exod. III. & XX. nec non Ioh. XIV.*

(\*\*\*\*) In *Diff. de duabus quaestionibus: Num mysterium sanctissimae  
Trinitatis e solius V. T. libris possit demonstrari, & num eius tem-  
poribus patribus filius Dei in propria sua hypostasi apparuerit. Item  
in appendice ad eandem, nec non in der Wiederlegung D. IACOBI  
WELLERI, und Antwort auf D. IOH. HÜLSEMANNI meisterliches  
Muster.*

mniumque calculo comprobata sententia est, quae de Dei filio explicanda illa esse existimat? Sane tantum abest, ut collocatam extra omne dubium opinionem illam viri praestantissimi iudicaverint, ut liberum potius cui libet relinquunt, cui potissimum parti se adiungere velit. Testes flagitas? Habebis, ut plures mittamus alios, e coetu Reformatorum IACOBVM SAVRINVM, (\*) ex nostratibus SALOMONEM GLASSIVM: (\*\*) hos vero, quis rerum sacrarum ita imperitos censebit, ut tribuendum nihil illorum iudicio sit? Equidem arbitri mihi partes, tantis viris dissentientibus, sumere nolo: si quid tamen iudico, aequis diu armis hac de re certari poterit. Habent sane, quibus ornare suam de creato angelo sententiam possint, viri egregii. Divina enim angelos sibi verba tribuere, atque ipsius Dei lingua loqui, mirum illis adeo non videbitur, qui consuetudinum humanarum prorsus non expertes sunt. Solent, qui legationibus funguntur, aut ad dicendum subditis ius vocati sunt, non certe

(\*) Bene vir egregius, postquam varias interpretum sententias de angelis Gen. XVIII. Abrahamo apparentibus adduxerat, addit: *Sur une question de ce genre il doit être permis à chacun, de prendre le parti, que bon lui semble. C'est même une chose digne d'être remarquée, que le sentiment de ceux, qui pensent, qu'un de ces anges étoit le Messie, & le sentiment de ceux, qui veulent, que ce ne fut qu'un simple ange, ont été regardez tour-à-tour dans l'église tantôt comme des preuves de l'heterodoxie, tantôt comme des preuves de l'orthodoxie de ceux, qui les soutenoient. Vid. Discours historiques, critiques, Théologiques & Moraux sur les evenemens les plus memorables du V. & N. T. Discours XVI. p. 265. Ed. in 8vo.*

(\*\*) Im bescheidenem Bedenken über die unter etlichen fürnehmen Chur-Sächsischen und Helmstädtischen Theologen entstandene Streitigkeiten p. 35. sqq. ubi tolerandas his de locis explicationes varias esse, nec qui receptam sententiam deserant, statim haereticis annumerari debere, magna cum modestia docuit.



certe aliter, quam si ipsemet princeps loqueretur, sermonem instituere, idque ea de causa, ut non propria, sed a principe accepta potestate sese uti, ideoque eandem verbis suis reverentiam deberi indicent, qua ipsius principis decreta excipiuntur. Similiter angeli, ut, non sua, sed ipsius Dei auctoritate insignitos se accedere, non sua, sed a Deo iniuncta mandata ad homines ferre, ostenderent, loquendo forte Dei personam induunt. Hoc si teneatur, certe illa verba, quae *Exod. XXIII. com. 20. 21. 22.* leguntur, quaeque adeo egregie suam sententiam declarare, vir doctus existimat, multum ponderis amittere oportet. Angelus irasci, peccata non remittere, sed illorum poenas sumere posse dicitur: num haec divinam necessario naturam arguunt? Aut, nonne etiam angelis, qui verbis Dei loquuntur, & concessa a Deo homines puniendi potestate valent, idem tribui potest? *Nomen Dei*, quod ex mente Cl. MATYI utriusque naturae unionem significat, multo commodius ipsam Dei auctoritatem, qua instructus ad exequenda haec munia angelus erat, indicare potest. Ut adeo, ni fallor, apte verbis hic sensus subiici possit: Noli eum offendere, nec legatum meum respuere, veniam enim huiusce peccati non dabit, quia mei ipsius personam sustinet, mea auctoritate pollet, & concessa a me refractarios puniendi potestate instructus est. (\*) Hoc modo si verba explicentur, dubito, an praefidii aliquid his in locis Matyanum Systema reperire possit. Nos nostram haud facimus hanc sententiam, nec illis repugnamus, qui filium Dei malunt in his, similibusque V. T. dictis intelligere. Sufficit nobis indicasse,

P

tan-

(\*) Evolvi hoc de dicto potest Diff. M. IO. IAC. TEZLOFFII de angelo in quo nomen Iehovah, quam Gryphiswaldiae nuper divulgavit.



tantam his in locis perspicuitatem haud esse, ut novam suam doctrinam tuto illis superstruere vir Cl. potuerit, imo potius tamdiu de consequutionibus inde petitis dubitari posse, quoad restituta fuerit interpretum his de locis concordia.

§. X.

Neque vero minus antiquioris ecclesiae de nova hac doctrina silentium suspectam eandem & invisam reddit. Principio hoc quidem dubio caret, non decuisse Deum, veritatem adeo necessariam orali quadam traditione ad posteros transmittere. Sermonibus enim, quae propagantur atque colloquiis, citius longe depravari, quam quae literis consignata sunt, usu constat quotidiano. Simul atque enim certa norma deficit, ad quam exigere cuncta licet, dici nequit, quam facile nunc addantur quaedam, nunc omittantur, adeo ut, modico temporis intervallo elapso, alia longe, quam quae initio fuerat, doctrinae facies enascatur. Quare provida summi Numinis cura committere non potuit, ut Apostoli doctrinam scitu adeo necessariam in scriptis suis omitterent, & hominum tantum memoriae eam custodiendam darent. Fac vero fieri potuisse, ut ore propagari dogma tanti momenti finerent, vestigium tamen eius superesse adhuc deberet in antiquorum monumentis. Tantum vero abest, ut vel minimum eius extet vestigium, ut potius nostram de tribus in una essentia divina naturis sententiam antiquioris ecclesiae doctores omnes fovisse, tam antiquissimi, qui supersunt, libri, (\*) quam ipsae profanarum

---

(\*) Magno numero, quae huc pertinent, testimonia collegit ABRAH. CALOVIUS in *Confessione martyrum & aliorum fidelium ac imprimis ecclesiae doctorum de SS. & individua Trinitate. Vitebergae 1669.*

rum gentium in religionem Christianam contumeliae, (\*) luculentissime testantur. Quenam vero doctores hosce veteres ratio impulit, ut doctrinam, si quidem eam ab Apostolis accepissent, adeo celare adgrederentur? Cur relicta illa, sententiam amplexi sunt sibimet ipsis tantopere funestam? Neque muneris, quo fungebantur, ratio, neque ipsa illorum salus suadere ullo pacto rem poterat. Scilicet propagare per orbem Evangelii veritatem illos oportebat: & quaenam, obsecro, dogmata facilius se hominibus commendare solent? num quae impervia rationi & imperscrutabilia tradunt, aut quae propius ab sunt a consuetis hominum cogitationibus? Adiunxisse vero sibi Deum duas easque finitas naturas, citius omni-

P 2

no

(\*) Testis LUCIANVS, aut forte alius ipso antiquior est, in *Dialogo*, qui *Philopatris* nomen gerit, ubi, colloquio inter Christianum & ethnicum instituto, CRITIAS ille paganus interrogat: *quemnam tibi iurabo?* TRYPHON vero, quem ut Christianum inducit, respondet: *Deum alte regnantem, magnum, aethereum & aeternum, filium patris, spiritum ex patre procedentem, unum ex tribus, & ex uno tria.* Haec tu Iovem puta, hunc existima Deum. Ridet vero hanc doctrinam CRITIAS, dicens: *Numerare me doces, & iurandum arithmetica tibi est, nam & numeras perinde, ut Nicomachus ille Gerasenus, neque enim intelligo, quid dicas, unum tria, tria unus sunt, an quaternionem dicas, an octernionem, an numerum ex triginta constantem.* T. II. p. 770. ed. Amstel. 1687. Vnde adparet, non certe aliam, quam quae tres in una essentia divina naturas docet, sententiam a Christianis, illa saltem tempestate, creditam & defensam fuisse. Ut adeo bene iudicet ROBERTVS IENKINVS in libro, cui indicem dedit: *The reasonableness and certainty of the Christian religion* Vol. II. p. 123. dicens: *Indeed, this was supposed to be the doctrine of the Scriptures, and objected against by Heathens long before the council of Nice. Which is a strong proof for the truth and antiquity of this doctrine, when it was so well known even to the Heathens, that they upbraided the Christians with it in the second century, and in all probability from the very beginning; for we find it then mention'd, as a known and common reproach.*



no intelligitur, quam si tres in una eademque essentia subsistentes naturae agnoscendae sunt. Nonne ergo doctrinam hanc, uti creditur, Apostolicam declarare omnino decebat, ut plures Christianae religioni amicos conciliarent? Aut, num melius forsitan suae securitati consulebant, rem absque labore cognoscendam supra humanae rationis captum absque necessitate collocantes? Num melius furentem hostium rabiem poterant effugere? Novimus, adeo prudenter suam docendi rationem veteres temperasse, ut *arcani* quendam *disciplinam* instituerent, ne promiscue omnia omnibus proponerentur. Novimus, quanta deinceps in adplicandis ad religionem Christianam Platoniorum placitis illorum studia fuerint, ut acceptior paganis religio redderetur: Et facilem tamen atque planam de Trinitate doctrinam cum difficiliore longeque obscuriori temere illos commutasse putabimus? Vefanos illos esse oportuisset, altera manu quod extruxerant, altera iterum destruentes. Imo vero, quis tantum hominum numerum in eandem dementiam consensisse crediderit? Neque enim, quae cum periculo coniuncta sunt, adeo multis placent, nec quae securitati inserviunt, tam pertinaciter a tanta hominum copia reticere solent, quin subinde ceterorum exempla nonnulli deserant. Hinc igitur apparet, neque cognitam antiquioris ecclesiae doctoribus, neque ab iisdem traditam doctrinam fuisse, quam Cl. MATYVS nobis proposuit. Eiusmodi autem dogma quis temere receperit?

§. XI.

At maius aliquid adfirmo: vix, immo ne vix quidem per infinitam summi Numinis sapientiam locum naturis hisce finitis concedere licet. Quemadmodum enim  
abso-



absolute necessarias illas fuisse, quum divinam non attingant essentiam, dici nequit; ita ad liberam Dei voluntatem ut referantur, omnino oportet. Nihil vero, nisi sapientissimis inductum rationibus Deum agere, ideoque his deficientibus nec conditurum has naturas, nec secum copulaturum fuisse, certum est. Cui autem ita contigit esse perspicaci, ut, quam rationem in animo Deus habere potuerit, concipiat? Sunt, quae nullam omnino adfuisse, fidem faciunt. Pone enim causam, tum vel sui ipsius, vel naturarum istarum creandarum, vel aliarum quarundam rerum rationem habuisse Deum oportet. Sui causa, cur creare illas atque secum coniungere voluerit, nihil est. Infinitus enim quum sit, omnibusque perfectionibus excellentissimo modo gaudeat, neque harum naturarum fabricatio ad felicitatem eius aliquid conferre, neque intermissio huius operis detrudere aliquid de illa potuisset. Quod si igitur certa quadam causa fuit commotus, extra ipsum quaerenda est. Nihil vero aliud cogitando licet adsequi, quam quod bonitatis suae participes omnisque felicitatis compotes illas naturas reddere voluerit. Haec si eum ratio commovit, cur duas, non plures huiusmodi naturas condidit & secum coniunxit? Cur ante genus humanum & angelicum has condidit? Mitto alias, quae hanc sententiam premerent, difficultates. Forte vero in gratiam rerum deinceps creandarum hasce naturas Deus antea produxit! Ne minimum quidem haec sententia ad sensum meretur. Omnes enim, quae ex creatis rebus hic in censum veniunt, vel angeli sunt, vel homines. Angelorum causa istam creandi operam Deum suscepisse, nimis, si quid ego intelligo, adfirmare temerarium est. Ut enim gloriae divinae notitia angeli imbuerentur, veraeque beati-



tudinis participes evaderent, intuitiva Dei cognitio, atque perpetua cum fonte omnis felicitatis consuetudo efficiebat. Nihil itaque naturis hisce indigebant finitis. Neque est, quod salutem lapsorum angelorum hasce naturas profuisse conicias: aeternis enim illi flammis addicti sunt, atque omni redemptionis expectatione destituuntur. Superest, ut humani generis ergo creatae illae dicantur fuisse, quod tamen prorsus a divina abhorret sapientia. Ut enim mortales redimerentur, humanam indui naturam debuisse, nostra pariter atque viri doctissimi sententia est. Ecquid igitur angelica, quam ante Deus produxerat, natura humanae redemptioni profuit? Num conferre aliquid ad salutem hominum illa natura censenda est, quam, si redemptionis negotium agitur, seponere, aliamque in eius locum sufficere oportet? Imo vero, cur non statim humanam aliquam naturam Deus secum sociavit, si hominum salutem in animo tantum habebat? Num decebat, naturam producere, quam nullius ad praefixum finem usus esse cognoscebat? Quamobrem nihil ad perficiendam hominum redemptionem istae naturae faciunt: forte vero opem illis in futuro saeculo ferre possunt. Esto hic idem responsionis loco, quod de angelis paulo ante diximus. Cognituras Deum intuitive beatas mentes fore, ideoque illum intensissime amaturas, similes Deo futuras, suavissimamque illius communionem perpetuo gustaturas esse, quis ignorat? Maiorem vero aliquam, magisque perfectam voluptatem, quam quae ex summi boni cognitione atque perpetua illius fruitione oritur, nedum cogitare, multo minus effari licet. Num igitur augeri maxima atque consummata haec beatitudo a naturis illis finitis potest? aut num curare illas beati poterunt, quibus per ipsam summi

mi



mi Numinis communionem longe felicissimis esse contigit? Accedit, quod nulla appareat ratio, quare per tam longum temporis spatium frustra Deus has naturas secum univerit, si in ultimo tantum temporis articulo opus illis habuisset. Nonne enim in ipso futuri saeculi initio illas creare atque secum copulare poterat? Ita sane longe melius suae consulisset sapientiae. Fallor itaque, aut cur Deus has naturas conderet, ratio omnis defuit: Frustra autem, nullaque causa commotum eum aliquid fecisse, ut dicamus, nefas est. Quodnam igitur novo huic dogmati pretium debetur? Nonne iniuriam summo adferre videtur Numini? Neque tamen is ego sum, qui ipsum dogmatis auctorem tanti criminis postulare sustineam. Deus avertat! Verborum modo atque doctrinarum, eorumque, quae ex illis sequuntur, arbitri homines sunt: animorum explorationem atque iudicium Domino committere oportet.

§. XII.

Quanto autem debilior, uti ostendimus, istarum naturarum causa est, tanto, opinor, minus cum ipso Incarnationis dogmate, quod tamen fundamenti loco auctor posuit, conciliari possunt. Finita filius & angelica natura etiam ante incarnationem praeditus fuit: hanc igitur, quum hominem indueret, vel seponere, vel retinere eum oportebat. Neutra incommodis suis caret opinio. Fac enim, depositam naturam illam angelicam fuisse, tum sane non apparet, cur producta illa ante fuerit, atque cum divinitate tam arte sociata. Nonne enim humana statim adscisci poterat, ne hac mutatione opus esset? Aut, si sociatus ante Deus cum natura ista fuit, nihil etiam causae erat, cur eandem exueret, quum, ne frustra aliquid Deus

effi-



efficeret, retinenda per leges sapientiae videretur. Praetereo, hoc si factum esset, aliam Trinitatem concipiendam esse ante incarnationem, aliam post incarnationem. Ante incarnationem constabit ea ex una persona simplici, ipso nimirum Deo, & binis ex divina & angelica natura conflatis. Post incarnationem tot diversi generis naturae erunt in Trinitate, quot personae: prima Deus erit in se spectatus: altera ex divina & humana natura: tertia ex divina & angelica natura constabit. Hanc quis tam validus est, ut mutationem Trinitatis concoquat? Esto igitur, dimissam illam naturam non fuisse: hoc posito, alterum horum eligendum erit: Aut enim natura angelica humani corporis anima evasit, aut peculiari insuper anima instructum illud fuit. Si animae instar humano corpori fuit, quis hominem verum Servatorem fuisse crediderit? Talis enim ut existimari posset, anima omnino, quae eiusdem ac ceterorum hominum animae speciei esset, praeditum illum atque instructum esse oportebat: quales quidem angelicas mentes esse, nemo forte sibi persuaserit. Imo vero, num ad classem ceterarum animarum illa referenda est, quae adeo arctissime antea cum divino Numine unita, atque illius communionem gavisa fuit? Nihil tamen secius quo praestitae pro hominibus satisfactionis veritas persisteret, verum hominem, eiusdemque nobiscum speciei Servatorem oportebat esse, ideoque quod angelicam habuerit animam, dicere nullo pacto licet. Alias enim, cur in *epistola ad Hebraeos* (\*) adeo ab angelis Servator potuisset distingui, ut vel exinde firmissimum gloriae ipsius argumentum petatur? Nemini uni angelorum unquam dixisse Deus legitur: Filius meus tu es, ego hodie te genui: item: Pater illius ero & filius ille

---

(\*) Cap. I. com. 5.

le meus erit. Haecine vera sunt, si angelica illa natura humani corporis animam constituit? Quo iure nulli unquam angelorum dicta haec fuisse, vir sanctus adfirmasset? Certe, quum compellatur aliquis, non solum tantum corporis, sed animae praesertim, quae nobilior hominis pars est, ratio haberi solet. Nemo enim, si sapiens sit, ad illam rem verba faciet, quae vel cogitandi, vel dicta intelligendi facultate destituitur. Aut igitur corpori tantum Servatoris illa verba Deus dixit, quod absolum est, aut si animam respexit, veritati secundum illam sententiam consentanea esse nequeunt. Quid? quod nequam angelos adsumisse, in eadem epistola (\*) Servator dicitur. Nonne vero angelus, si animae vices sustinuit, simul cum corpore assumtus, atque in unitatem hypostaseos adoptatus est? Fieri igitur non potest, ut anima humani corporis angelica haec natura fuisse credatur: alterum ergo verum sit oportet, praeter naturam angelicam peculiari corpus Christi anima eademque humana ornatum fuisse. Itane vero tres in Iesu Christo naturae sunt? Vereor, ne plus in hac sententia temeritatis sit, quam ut decere hominem Christianum queat. Executiantur cuncti sacrorum librorum versus, quam fieri potest sollicitate, diu satis explorentur, conferantur inter se, summaque cum cura omnes diiudicentur: nihil certe erit, quod triplicem Servatoris nostri naturam vel verbo videatur innuere. Filium hominis eum saepius adpellari, & simul Dei nomine insigniri, novimus: descendisse Christum a patribus secundum carnem, atque Deum esse super omnia benedictum in saecula, scriptum (\*\*) legimus: sed tertiam quandam naturam, dubito, an vel sagacissimi inde divinare possint. Quam vero temerarium est, ex ingenio

(\*) Cap. II. com. 16.

(\*\*) Rom. IX. 5.



nio suo fingere, de quibus Spiritus S. nihil plane dixit! Quam periculi plenum, si de mysteriis agitur, extra scripturam sapere, atque udi nimis cerebri suggestiones auscultare! Sed ne ipsam quidem summi Numinis sapientiam decebat, ut mentio tertiae istius naturae in novo foedere omitteretur. Dabimus, necessariam ad stabiliendum religionis Christianae fundamentum hanc notitiam non fuisse: in promptu tamen alia ratio est, cur illam, si vera foret, Deus nobiscum communicaturus fuisset. Etenim ex mente Cl. MATYI Deus adeo perspicue unionem suam cum angelica filii natura in V. T. patefecit, ut facillime animadverti, nec de ea amplius dubitari possit: in novo autem foedere prorsus hac de natura siluit. Num vero sapientis erat, soli mortalium ingenio committere, ut, qualis naturae illius, quam in V. T. fuisse certo constabat, in novo foedere conditio fuerit, ipsimet excogitent? Hoc facto, sponte sanctissimum Incarnationis dogma periculo ac perversis interpretationibus exposuisset. Nihil facilius erat, quam in has cogitationes incidere: quum foederis novi scriptores duarum modo naturarum Christi meminerint, filius vero etiam V. T. temporibus duabus naturis instructus fuerit, nulli dubium esse posse, quin in veteri aequae ac novo foedere eadem filii conditio, eadem finitae eius naturae indoles extiterit. Igitur non aliam quandam naturam in recentiori foedere eum adsumsisse, sed quemadmodum angeli speciem olim induerit, ita nunc hominis sibi formam adaptasse. Aut, si vel maxime verum hominis corpus gestaverit, non tamen hominem eiusdem, cuius ceteri homines speciei, sed angelum humano corpore vestitum fuisse. Et quid non praeterea orbi persuasissent homines, noyarum rerum studiosiores & ingenio nimis indul-

dulgentes? Siccine vero committere Deus poterat, ut primaria sanctissimae religionis capita sua ipsius culpa adulterarentur? Nonne sapientia postulabat, ut per declaratam naturae huius sub novo foedere conditionem, castitati doctrinae consuleret, limitesque vago hominum ingenio poneret? At nihil obstare hoc silentium Sacrae Scripturae vir doctus existimat, quominus, quum absoni nihil in re ipsa sit, credi atque adsumi possit. Sed erunt, arbitror, quae iactatam hanc sententiae istius innocentiam omnino infringere possunt. Dicam, quae praecipue illi obstare, rite omnibus expensis, mihi visa sunt. Non nisi unicum Dei filium Sacra Scriptura novit: duplicem vero ut credamus, nova haec nos coget sententia. Quod si enim virum audiamus doctissimum, divinitas cum natura quadam angelica sociata filius Dei seu altera Trinitatis persona est. Haec autem coniunctio condito nondum orbe contigit, ideoque ab illo tempore per totam V. T. oeconomiam filius iste Dei extitit, alteramque Trinitatis personam constituit. Fac igitur, hanc quoque naturam angelicam in Christo incarnato fuisse, tum nec unio divinitatis cum ista natura cessavit, nec ideo filius Dei esse ista natura desit. Praeterea vero humanam Christus naturam induit, eodem modo cum divinitate unitam: & huius ratione habita, passim etiam in N. T. Dei filius adpellatur. Etenim quum voce coelitus demissa filium suum dilectum Servatorem esse, pater testaretur, (\*) natum ex Maria Dei filium vocatum iri angelus praediceret, (\*\*) & Petrus egregie Christum profiteretur filium Dei viventis esse, (\*\*\*) non divinitas, quate-

Q 2

nus

(\*) Matth. III. 17. XVII. 5. Marc. I. II. IX. 7.

(\*\*) Luc. I. 35.

(\*\*\*) Matth. XVI. 16.



nus cum angelica natura unita erat, spectari poterat, utpote de qua natura nemini uni aliquid constabat: sed divinitas, quae cum humana natura omnium oculis praesente consociata erat, intelligenda est. In novo igitur foedere filius Dei est divinitas cum humana natura arctissime coniuncta. Nonne autem sic duplex erit Dei filius, alter nempe, divinitas cum natura angelica unita, alter vero, eadem divinitas cum humanitate coniuncta? Sane alienum hoc dogma a sacro Codice est, qui unigenitum Dei filium esse, passim (\*) declaravit. Eiusmodi autem dogma num calculum cuiusvis sani merebitur? Accedit, quod hac ratione quatuor personis divinis locum oporteat concedere. Persona, viro definiente doctissimo, natura est intellectu praedita atque ab aliis distincta. Ut vero persona quaedam, nisi ipsa divinitas sit, divina adpellari queat, iudice ipso sufficit, ut per unionem arctissimam cum divina coniungatur essentia. Hoc si verum est, aliter supputatio institui nequit, quam ut quatuor inde necessario personae divinae exoriantur. Prima enim est ipsa divinitas in se spectata: huius autem coniunctio cum natura angelica filii alteram personam constituit: porro divinitas eadem ratione cum humana Christi natura coniuncta est, ideoque per ipsam hanc unionem tertiam personam efficit: quartam vero eadem divinitas cum altera angelicarum naturarum copulata procreat. Num ita ipsum Trinitatis mysterium non evertitur? aut num absonti nihil sententia illa continere credenda est? Neque est, quod obducere velit vir clarissimus, angelicam atque humanam Christi naturam adeo inter se invicem copulatas esse, ut pro una persona haberi

---

(\*) Ioh. I. 14. 18.

ri possint. Qualiscunque enim unio illarum fit, eiusmodi certe non fuit, ut in unam prorsus naturam coaluerint, & vel per commixtionem quandam aut omnimodam conversionem, quae ante fuerunt, esse desierint: alias enim, qui verus homo Servator fuisset? sed talis illa coniunctio censenda est, quae, licet arctissima sit, tamen non impedit, quominus suam utraque natura essentiam servare, ideoque in se distincta perseverare ab altera possit. Quod si vero in unam duae hae naturae non conflatae sunt, fieri etiam non poterat, ut cum illis ceu cum unico quasi complexu divinitas coniungeretur, verum distincte, si ita dicere licet, cum unaquavis uniri illam oportebat. Scilicet, quemadmodum unio divinitatis cum filio seu altera natura angelica non est una & eadem illa unio, quae divinitati cum Spiritu S. seu altera natura angelica intercessit, adeo ut duplicem eamque distinctam unionem sibi concipiat vir doctissimus; ita & de angelica atque humana Servatoris natura censendum est. Igitur unio divinitatis cum angelica Christi natura non est eadem illa unio, quae humanam inter naturam ipsamque divinitatem fuit. Quod si vero duplex hic unio est: unio autem cum divinitate personam divinam constituit: necesse est, ut ex gemina hac unione par etiam divinarum personarum enascatur. Hoc modo quatuor personae divinae sunt: sed quid unquam dici poterit magis a Scriptura alienum?

§. XIII.

Ex his igitur apparet, tantum abesse, ut planam facilemque mysterii huius explicationem vir eruditus excogitaverit, ut potius maioribus sese difficultatibus implicet, longeque spinosorem hanc doctrinam efficiat. Et,

Q 3

si in-



si instituti pateretur ratio, facile mihi foret ostendere, nodos, si minus solutu difficiliore, aequae tamen certe difficiles in nova eius occurrere sententia, quam in veteri doctrina de SS. Trinitate. Pauca indicasse praetereundo sufficet. Quomodo, verbi causa, copulam essentiae divinae cum binis illis naturis angelicis ita declarabit, nullae ut nascantur difficultates inexplicabiles? Unica ex ipsius sententia divinitas est, atque haec cum duabus naturis finitis arctissime se coniunxit. Aut igitur partita sit, necesse est, ista unio divinitatem, adeo ut pars essentiae divinae uni, pars vero alteri naturae angelicae adiuncta sit, aut prorsus simplicem ac indivisam illam reliquerit. Prior sententia Deum nobis sistet dividuum, in tres partes distinctum, ideoque mutationi subiectum. Inde vero quot non sequentur dogmata rationis rectae scitis e diametro adversa? Quare simplex permansit divina essentia, nec ullas in partes fuit tributa. Ita si statuas, tanquam spatium aliquod necessario concipienda divinitas erit. Quod si enim a tota divinitate utraque natura angelica participat, nec tamen divisa illa fuit, fieri aliter non potest, quam ut intra ipsam divinitatem hae naturae simul existant. Iam vero extra se invicem illae sunt, atque peculiarem quaevis locum habet: Omnino itaque oportet, ut per duos saltem hosce locos divinitas distracta fuerit atque diffusa. Vbicunque vero locorum invenitur multitudo, spatium est: ideoque dum naturae istae in ipsa divinitate existunt, etiam in illa, ceu in aliquo spatio ut contineantur necesse est. Nonne vero sic instar materiae divina extenditur essentia? Nonne sublata simplicitate partibus atque compositioni Deus subiicitur? Videat, quomodo ex his sese dubiis extricare possit vir clarissimus: nobis interea liberum relinquat, infi-



infignem, de qua gloriatur, sui Systematis praestantiam in dubium vocare. Praeterea, superatis etiam maxime his scopulis, haud tamen ipsa, quam tradit, Trinitas ita comparata est, ut excipere nihil prudentes possint. Forte nonnisi verborum lusus esse quibusdam videbitur, ex duplici *personae divinae* notione derivatus. Prima enim Trinitatis persona per ipsam suam essentiam Deus est: reliquae, quum in se finitae sint, ob unionem modo cum divinitate ita adpellantur. Simplex illa est, nec alieni aliquid adiunctum habet: hae vero extra copulam atque unionem non subsistunt. Nonne duplex haec vocabuli *personae* potestas videtur efficere, ut in unam omnes classem referri nequeant? Nonne illa quae uno numero simul efferuntur, unius eiusdemque speciei, viro non diffitente doctissimo, esse oportet? Quam igitur metuo, ne a consuetis loquendi rationibus hanc personarum divinarum Trinitatem deflectere, & ad illudendum hominibus unice comparatam esse, nonnulli existimaturi sint! Sed nolo ego multis haec persequi: id tamen video aegrius effugere Cl. MATYVM, ut obduci possit, non tres, sed duas tantum in hoc Systemate divinas personas deprehendi. (\*) Coniuncta enim cum

---

(\*) Eandem fere sententiam hac de re mecum fovisse video parentem libelli, qui nunc, dum in eo sum, ut calamum seponam, in manus meas incidit, ita inscriptus: *Exposition de la doctrine orthodoxe sur le mystere de la Trinite avec un court examen du nouveau Systeme de Mr. Maty. a Amsterdam 1734. 8vo.* Supra iam monui Cap. I. §. VI. p. 45. non displicuisse quibusdam hoc opusculum: nec etiam deneganda ipsius auctori tam acuminis, quam modestiae laus erit. Argumentum libri, ut breviter rem absolvam, hoc est: Postquam nihil obstare docuerat, quominus illa, quae rationem superant, cre-  
di

cum binis naturis angelicis est divinitas : hanc vero eodem tempore simplicem & non unitam credere nos iubet vir clarissimus. Sed quis fieri hoc posse salva veritate sibi

di atque fidei obiectum evadere possint, totus in eo est, ut ab exprobrationibus orthodoxorum doctrinam liberet, & procul a SABELLIÆ sententia distare demonstrat. Hanc enim familiam non nisi imaginariam quandam personarum divinarum distinctionem effingere, haud extra mentem hominum inveniendam : at realem & nec ipsis cogitantibus hominibus locum in Deo habentem distinctionem orthodoxos adferere. Ut adeo appareat, mediam illos inter Sabellianismum & Tritheismum sententiam eligere. Divinas itaque personas veros modos esse existimat, non quidem quales creaturarum rerum modi sunt, sed insigniores, atque supra humanæ rationis captum positos. Atque de his quidem omnia sacrarum paginarum effata explicari egregie atque intelligi posse. Adeo tamen omnem personarum divinarum disparitatem non negat, ut potius inaequalem istorum modorum conditionem esse, tacite videatur concedere. His præmissis, dubia quaedam profert ex Systemate isto ægrius dissolvenda. Duplicem nimirum *personae* notionem ubivis hac in doctrina obviam esse, quarum altera a loquendi usu prorsus absit. Ipsum itaque MATYVM nobis, quod usum deseramus, tantopere exprobrantem, sibimet sententiam pronuntiasse. Præterea, si rite hoc Systema expendatur, secundum diversam *personae* notionem, vel tantum unam vel ad summum duas in eo personas locum habere, ideoque multum abesse, ut clariorem atque faciliorem ille mysterii huius explicationem tradiderit. Esse quidem, quibus Sacrae Scripturae testimoniis in rem suam utatur. Parum vero illa ipsi inservire, imo ex ipso Scripturae Sacrae silentio commode totam hanc doctrinam refelli posse. Vellem citius ad nos libellus perlatus fuisset, & de nonnullis rebus doctissimum eius auctorem compellere fortassis ausi fuisset. Quod ille *modos* vocat personas in essentia divina, id si expendantur omnia, propius ab eorum sententia remotum est, qui *substantias* eas esse dicunt. Vocabulo *modus* enim potestatem subiicit a vulgari & consueta recedentem. Sed haec fortassis alias. Ceterum certior ex hoc libro factus sum, uberiorem

Syste-



sibi persuaserit? Mente quidem & cogitationibus separare divinitatem ab hisce naturis licet: num vero, quum in unione subsistat, separatim ideo incipit existere? Si quid iudicare valeo, divinitas eo tempore, quo cum illis naturis copulata est, non potest ita existere, ut cum illis sociata non sit. Alias enim duae adsint divinitates necesse est, altera ab omni alia natura prorsus separata, altera cum binis istis naturis coniuncta. Quam vero alienum hoc erit ab ipsius MATYI sententia? Dum igitur absque coniunctione divinitas non subsistit, fieri etiam non potest, ut tanquam peculiaris atque separata quaedam persona consideretur, multo minus personarum augeat numerum. Iam vero cum binis tantum naturis divinitas sese coniunxit, ideoque duae, non plures esse personae divinae possunt. Aut si hoc nolit vir clarissimus, tertia quaedam natura angelica in subsidium vocanda erit, atque cum divinitate copulanda. Sed haec, dubito, an praesidii aliquid in sacris invenire queat literis. Taceo reliqua, quae aequè difficulter ex hoc Systemate explicari, atque cum Scriptura Sacra conciliari possunt. Satis enim iam dixi sapientibus ac rerum peritis. Ecce igitur quam egregie de omnibus difficultatibus novum hoc Systema triumphet! Fallor, aut, illa quae in communi sententia

R

non

---

Systematis sui explicationem seu tertiam libri partem, qui inscribitur: *Doctrine de la Trinité éclaircie* Cl. MATYVM nunc quoque evulgasse, quae tamen quominus comparari statim a me potuerit, locorum impedivit longinquitas. Neque ad cognoscendum doctrinae fundamentum opus illo fuit: hoc autem, quod solum evertere in animo habuimus, concusso, cetera quoque illi superstructa cadere omnino oportet.



non satis plana videntur, dubiis longe maioribus tollere voluisse, ideoque longo satis labore nihil effecisse videtur vir clarissimus. Quare non abs re dubito, an grates, quas sibi deberi existimat, iure quodam a nobis efflagitare possit. Potius id mihi persuadeo, minoribus nostrae ecclesiae doctrinam difficultatibus laborare, ideoque tamdiu frustra Systema suum nostro praeferre CL. MATYVM, quoad ab his aliisque exprobrationibus immune illud reddiderit.

§. XIV.

Discedo ex arena, ne nimis forsitan Dissertationis transgrediar limites. Breviter tetigi, & per summa tantum capita eundo, quae praesertim mihi novae huic doctrinae adversari visa sunt: plura quominus adicerem, instituti prohibuit brevitatis. Si id tantum impetravero, ut in novo hoc Systemate iactatam certitudinem atque praestantiam deesse, contra magnis adhuc difficultatibus illud premi, & iusto longius a Scriptura Sacra aberrare, ideoque nulla sui venustate sanioribus sese commendaturum esse, prudentes perspiciant, satis officio, quod mihi imposueram, fecisse videbor. Neque enim plura efficiendi animus erat, nec virium imbecillitas gravius aliquid ferre poterat. Illis reliquum negotium committo, qui felicioris ingenii sunt, atque multiplicis doctrinae copia gloriam sibi & laudem compararunt. Iudicent interea, quomodo partibus meis defunctus sim, aequi atque intelligentes rerum existimatores: quos, si forte quaedam non satis meditata, nec bene digesta invenerint, veniam ut mihi dare velint, humaniter rogo. Quam enim arduum est, ab omni parte sibi satis cavere, ubi de mysterio agitur, procul ab humanis ingeniis remoto! Quam difficile  
omnes



omnes ea aetate scopulos atque lapsus effugere, quae non  
 fatis circumspicit, & ad laxandas ingenio habenas fervida  
 nimis propensione ducitur! Id tamen sibi velim omnes  
 persuadeant, nec receptam nostrae ecclesiae doctrinam  
 deferendi, nec praeter Sacri Codicis ductum aliquid au-  
 dendi, unquam mihi consilium fuisse. Satis enim exem-  
 plo Cl. MATYI edoctus, hanc mihi legem scripsi: Ni-  
 hil unquam minus periculo caruisse, quam si quis seposi-  
 ta sacrorum librorum norma ex suo tantum ingenio sa-  
 pere, iisque in rebus rationem nimis audire velit, quas  
 sua ipsarum natura longe supra humani intellectus ca-  
 ptum posuit. Faxit ceterum Deus benignissimus, ut in  
 unitate Spiritus ambulantes, castitate doctrinae, puraque  
 coelesti veritate fruamur usque ad adventum Domini no-  
 stri Iesu Christi: nec unquam desint, qui hostium infidiis  
 strenui occurrant veritatis defensores. Ipsi Deo O. M.  
 qui unus in essentia & trinus in personis est, sit laus,  
 honor & gloria in Saecula.  
 Amen.

---

Si quid operae peccarunt, ut L. B. negligentiae meae argumentum  
 interpretari nolit, enixe rogo. Potiora, quae observare licuit, haec  
 sunt:

Pag. 3. lin. 27. pro consueto l. consulto. p. 8. lin. 35. favvir l. favoir. p. 21.  
 lin. 28. reunis l. reunir. p. 25. lin. 4. effrenam l. effrenem. p. 28. lin. 4.  
 alii l. alius. p. 30. lin. 30. qui l. que. p. 31. lin. 24. ce. l. se. p. 32. lin. 27.  
 ecriois l. ecrivois. p. 36. lin. 18. indictaque l. indicta. p. 43. lin. 4. effi-  
 cebat l. efficiebat. p. 43. lin. 7. defendu l. defendue. p. 55. lin. 7. novis  
 l. nobis. p. 79. lin. 1. se vera l. severa. p. 96. lin. 4. dicendo l. dicendi.  
 p. 101. lin. 22. créés l. créées. p. III. lin. 32. temporibus l. temporis.

F I N I S.



CLARISSIMO ET DOCTISSIMO  
VIRO  
FRID. WILHELMO HANNIBALI  
DISCIPVLO ET AMICO SVO IN PRIMIS  
CHARO  
S. P. D.  
IÒ. LAVR. MOSHEMIVS.

**P**Ulcrum profers & eximium ingenii  
& eruditionis T V A E testimo-  
nium: nihil vero praeter exspe-  
ctationem nostram. Sic enim vixisti in-  
ter nos, tantum laboris & studii in po-  
liendo & colendo ingenio, quod solers  
& sagax divina TIBI concessit beni-  
gni-



gnitas, consumpsisti, omnes ut dudum  
suspicati sint, si forte scribendo vires  
experiri velles, nihil mediocre & quo-  
tidianum a TE proditurum esse. To-  
ta disputatio TVA in difficili & sco-  
pulofo versatur loco: neque homo TI-  
BI in eo sese obiicit ignavus, imbecil-  
lis & nudus, verum strenuus, acutus,  
ex toto denique armatus, nec rationis  
tantum, sed Scripturae quoque copiis  
instructus. TV dextre ac prudenter  
laqueos declinas, in quos colla nostra  
vir callidus & in primis perspicax in-  
ferere tentat, causam totam liberaliter  
& ingenue exponis, immo copiosius in-  
terdum, quam necesse erat, ne quid  
alicuius gravitatis omittere consulto vo-  
luisse viderere, postremo in exiguum &  
angustum ita concludis hominem, vix  
ut appareat, unde elabi queat. Atque  
haec omnia aequissima mente & ab omni  
vexandi & lacerandi virum ceteroquin  
doctis-

doctissimum libidine aliena perficis. Nul-  
lum animi commoti signum: nulla vox  
acrimoniae testis: nulla cum antiquis  
sectarum ducibus comparatio: res cum  
re, ratio cum ratione, ingenium cum in-  
genio, homo cum homine certat. Est  
in optimis etiam ingeniis, antequam  
annis, usu, exercitatione roborentur,  
tenerum nescio quid, molle, remissum,  
quod orationis abundantiam quamdam,  
rerumque ipsarum intempestivam exag-  
gerationem parit, quum ad scribendum  
fese primum applicant. Nec ego idcir-  
co adseveraverim, nihil commodius ex-  
plicari, concinnius narrari, aptius con-  
cludi potuisse, quam a TE explicatum,  
narratum, conclusum est. Hoc vero  
prudens, sciensque confirmo, novo, quem  
aggrederis, divinorum mysteriorum in-  
terpreti, adversarium in TE obtigisse  
non ultimi ordinis, cautum, considera-  
tum, modestum, dogmatumque causas  
G



& consecutiones pervidentem. De re  
ipsa si differere **T**Ecum vellem, ingens  
praesto foret materia: sed locus, tem-  
pusque resistunt. Hoc unum accipe:  
Nova, quam invadis, explicatio SS. Tri-  
nitatis universam fere convellit Chri-  
stianae religionis partem, quae creden-  
da nobis proponit. Aut haec tota refin-  
genda, aut illa repudianda est. Ecquis  
vero nos adhuc in tenebris ita latuisse  
credat, ut prima nesciremus initia, ex  
quibus dogmata ducuntur creditu ad sa-  
lutem necessaria? Ad **T**E redeo, **VIR**  
**CLARISSIME!** Noli decedere de  
curriculo, quod ingressus es, verum ef-  
fice, ut flores, quos nunc exhibes, ma-  
turi fructus consequantur. Cura, si  
Deum, si patriam, si ecclesiam, si me  
denique amas, ut indies maiores opes  
colligas, veraeque religioni atque pie-  
tati & praesidia, & ornamenta compa-  
res. Aderit divina clementia consiliis  
&



45  
& laboribus TVIS, eorumque animos,  
quibus custodiam rerum sacrarum in-  
ter nos commisit, ad TE fovendum &  
ornandum excitabit. Vale, meque dili-  
gere perge. Dabam in Academia  
Iulia d. XXX. mens. Martii  
MDCCXXV.

